

PROSPER. 71. Non aliquarum carnum, quæ usui humano concessæ sunt, nobis nature dammandæ sunt, quas Deus insiduit: sed carnales concupiscentiæ fugiendæ, quas sensui carnis diabolus introduxit. *Lib. 2 De Vita contemplat.*, cap. 23.

THOMAS A KEMPIS. 72. Quid prodest hic carnem delicate nutrire, et postea in inferno gravissimè torqueri? In *Valle lilior.* cap. 44, sect. 3.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL. 73. Non fieri potest, ut vivatur sine alimento. *Lib. 4, Polit.*, cap. 5.

CICERO. 74. Esse oportet, ut vivas: non vivere, ut edas. *Lib. 4, de Arte rhetor. ad Herenn.*

EPICURAT. 75. Impura corpora quo plus nutriveris, eo magis leseris. *Comment. 2, aphorism. 40.*

76. Facilius est potu refici, quam cibo. *Ibid.*, aphorism. 44.

PLATO. 77. Haudquaquam prius salubribus alimentis corpus frui potest, quam ea, quæ in corpore sunt impedimenta, quis expulerit. *Sizgia 2, in Dialogo sophiste.*

SENECA. 78. Edendi est bibendique finis, desideria nature restringere, non implere alvum, et exanimare. *De Beata vita*, cap. 20.

79. Alimenta que accipimus, quando in sua qualitate perdurant et solida innatant stomacho, onera sunt: at contra, cum ex eo quod erant mutata sunt, tum demum in vires et in sanguinem, transeunt. *Epist. 84.*

80. Sine fastidio implendus est venter: in quem sic pretiosa congerimus, tanquam recepta servantem: quid enim ad rem pertinet, quid accipiat, perditurus quicquid acceperit? *Epist. 110.*

81. Sani erimus, si modica concupiscentis, si nauseisque se numeret, metiatur simul corpus, sciatque nec multum capere, nec diu posse. *Epist. 114.*

82. Considera tecum, quantum natura possit, et non tantum cupiditas expelat. *De Quatuor virtut.*

Vide etiam tit. *Corpus*, sent. 34; *Misericordia*, sent. 147; *Satietas*, sent. 17, 34; *Sobrietas*, sent. 44; *Superfluitas*, sent. 50.

OBEIDENTIA.

E. ANTONIUS DE PADIUA. *Etymologia.* Obeidentia, quasi obaudientia dicitur: cum tui prelati vox, que est aer, reverberat tuam aurem, interiori cordis affectu debet audire. *Serm. Dom. 12, post Trinitat.*

HUGO CARD. Obedire dicitur, quasi obaudire, id est, contra se audire. *Super Prov.*, cap. 12.

S. ANTONIN. *Definitio.* Obeidentia est obtemperantia secundum regulam sacre scripture majoribus quibuscumque debita. *Part. 4, tit. 5, de Justitia.*, cap. 14, § 1

Obeidentia est spontanea et rationabilis propria voluntatis abnegatio. *Ibid.*

Obeidentia est spontaneum et rationabile propriæ voluntatis sacrificium. *Part. 3, Centilogi.*, sect. 44.

Inobeidentia est ex duritia mentis obstinatio, ei cui parere debeas justa imperanti, nolle obtemperare. *De Fruct. carnis et spirit.*, cap. 4.

Obeidentia est innixa pio studio propriæ voluntatis voluntaria abnegatio. *Ibid.*, cap. 16.

Obeidentia est animæ propriæ perfecta abnegatio, per corpus certius ostensa. *Grada 4.*

Obeidentia est mortificatio membrorum in vivente animo. *Ibid.*

Obeidentia est voluntas faciendi mandatum superioris. *Part. 1, de Ligno vite*, tract. 6, de Obeidentia, cap. 1.

Comparatio. Obeidentes cum tristitia similes sunt Simoni Cyrenæo portanti crucem invivæ. *Part. 4, tit. 5, de Justitia*, cap. 41, § 2.

Sicut avis cum duabus alis volat ad sublimia: sic obediens cum duabus alis, scilicet cum ala paupertatis, et cum ala castitatis, scandit ad celestia. *Tit. 4, Diete*, cap. 2.

Sicut sanies ex vulnere, sic ex ulcere inobeidentie contemptus emanat. *Lib. 2, de Claustro anime*, cap. 13.

SENTENTIE PATRUM.

1. Nemo melius alicui obtemperat, quam qui ex charitate obsequitur. *Super Epist. ad Ephes.*, cap. 1.

2. Obedire amabile est, resistere execrabile. *In Meditationibus.*

3. Hæc est perfecta et liberissima obeidentia, cum voluntatem suam quis liberam sponte voluntati Dei subdit, et cum acceptam bonam voluntatem sine omni exactione spontanea libertate opere perficit. *In Meditat. Redempt. humane*, cap. 4.

4. In obeidentia totus vigor bene vivendi constituitur, in ojus negligentia destruitur. *Epist. 6, ad Monachos Cisterienses.*

5. Qui invitus obedit, aut rem, aut meritum perdit: et talis obeidentia, aut nulla est aut minima. *Part. 1, tit. 20, cap. 1.*

6. Inobeidentia prima filia est inanis glorie. *Part. 2, tit. 4, cap. 2.*

7. Vera obeidentia est humilis, devota, festiva, jucunda, perseverans. Humilis in corde, devota in voce, festiva in jussione, jucunda in executione, perseverans in adimplentione. *Serm. Dom. 2, Advent.*

8. Verus obediens, est benignus ad obediendum prelatum, humanus ad competendum proximo, stabilis in proposito. *Serm. Dom. 2, post Epiphani.*

9. Obeidentia in creatura rationali, mater omo-

S. BONAV.

HUGO A. S. VICTORE.

S. JOAN. CI.

S. LAUR. JUST.

S. ANTONIN.

S. BONAV.

HUGO A. S. VICTORE.

S. ANDROS.

S. ANSRLM.

S. ANTONIN.

S. ANTONIUS DE PADIUA.

S. AUGUST.

dammodo est omnium, etiosque virtutum. *Lib. 14, de Civit. Dei.*, cap. 12.

10. Majus bonum est obeidentie, quam continentie. *De Uno conjugali.*, cap. 23.

11. Abraham dixit filium suum ad immolandum, qui obtemperaverat ut feriret, obtemperavit ut parceret, ubique obediens, nusquam timidus. *Super Psalm. 30, conc. 2, vers. 15.*

12. Nihil tam expedit animæ, quam obedire: si expedit anime obedire, in servo ut obediat domino, in filio ut obediat patri, in uxore ut obediat viro, quanto magis in homine ut obediat Deo? *Super Psalm. 70, conc. 2.*

13. Non potuit Deus perfectius demonstrare quantum sit bonum obeidentia, nisi cum prohibuit ab ea re, que non erat mala: sola ibi obeidentia tenet palmam, sola ibi inobeidentia invenit penam. *Ibid.*, vers. 21.

14. Caro bene obediens, famula est anime. Illa regit, hæc regitur: illa imperat, ista famulatur. *Super Psalm. cxlv, vers. 1.*

15. Adolescens sine obeidentia, adolescens sine disciplina est. *De Duodecim abusio.*, cap. 3.

16. Ostensum est in Noe, quid Adam præceptum contemnendo perdidit: et demonstratum est, posse homines bestias etiam dominari, si subdant obeidentiam conditori. *De Quatuor virt. charit.*

17. O venerabilis sanctaque obeidentia! salus omnium fidelium, custodia omnium virtutum; tu cælum aperis, et infernum claudis. *Serm. 5, ad Frat. in eremo.*

18. Ut non esset nobis obeidentia laboriosa, exitum presentis vite Salvalor per obeidentiam terminavit. *Ibid.*

19. Jure obeidentia omni sacrificio præponitur, quia de potestate diaboli nos eripuit, quod nullum legale sacrificium facere potuit.

20. Per obeidentiam nunquam debet fieri malum, etiamsi angelus vel archangelus, cherubim vel seraphim tibi præcipiat: sed scire debes, quia propter obeidentiam aliquando debet bonum quod agimus intermitteri. *Ibid.*

21. Obeidentia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est: aliquando si de suo aliquid non habeat, minima est. *Prosec.*

22. Nam cum hujus mundi præserta præcipiunt, cum locus superior imperatur, is qui ad hæc percipienda obedit, virtutem obeidentie sibi evacuat, si ad ea proprio desiderio anhelat.

23. Rursus cum mundi despectus præcipitur, cum probra adipisci et contumeliæ jubentur, nisi hæc ex semetipso animus appetat, obeidentie meritum sibi minuit.

24. Debet ergo obeidentia in adversis ex suo aliquid habere, et in prosperis ex suo aliquid non habere. *Tom. III.*

habere: prospera mundi ex sola jussione suscipiamus, et adversa ex devotione contemplantur. *Ibid.*

25. Ecce angelus in omnibus obedit Deo, et tu qui cinis es et vermis, contradicis Deo: insensibilia obedim Deo, et tu rationalis resistis Deo. *Ibid.*, serm. 7.

26. *Melior est obeidentia quam victima*: que causa est, nisi quia in victimis aliena immolatur caro, sed in obeidentia voluntas propria et caro mactatur? *Prosec.*

27. Tanto enim citius placet homo Deum, quanto repressa arbitrii sui superbia gladio precepti se immolat. *Ibid.*

28. Sub obeidentia, potest latere fel draconis sub specie mellis, lupus sub pelle ovina, in potu dulce venenum sæpe latitat, in olla sæpe mors ponitur. *Ibid.*

29. Obeidentia, que præcipitur, sit honesta, et omni discretionis ornata: nam si discreta non fuerit, crudelitas existimanda est: si honesta non fuerit, nullatenus obediatur. *Ibid.*

30. Obeidentia honeste privata, superbia est, et venit ex utriusque parte consentientis et præcipientis. *Ibid.*

31. Obeidentia tunc vera, tunc sancta, tunc meritoria est, quando ditata est discretionem, honestate, justitia, et humilitate. *Ibid.*

32. Hæc est illa obeidentia, que concordiam conservat in angelis, pacem nutrit in monachis, tranquillitatem generat in civibus, sine qua respublica stare non potest, sine qua familia aliqua regi non potest. *Ibid.*

33. O quam enorme vitium, quod obeidentie contrarium est! per quod diabolus coram perdidit, per hoc homo paradisum amisit, per hoc Saul regnum, per hoc Salomon amorem divinum. *Ibid.*

34. Obeidentia sancta est Dei sponsa, perfecta scala qua cælum ascenditur, quadriga qua Helias vectus est in paradisum, porta paradisi fidelium, et clausura reorum inferni. *Ibid.*

35. Obeidentia sancta humilitatem nutrit, patientiam probat, mansuetudinem examinat. *Ibid.*

36. Nihil est majus obeidentia, nihil pejus inobeidentia. Adam perit, quia inobediens fuit; Christus resurrexit, quia Patri obedivit. Jonas inobediens, a daemone correptus est. Saul inobediens, a daemone correptus est. *Ibid.*, serm. 34.

37. Obeidentia sine mora esse debet; non placet Deo morosa et disceptatrix obeidentia, que quidem cum præcipitur, queritur quare, quomobrem præcipitur. *Ibid.*, serm. 40.

38. Debet obeidentia esse sine mora, non cum

murmure, atque cum tristitia animi, sed cum gaudio et hilaritate. *Ibid.*, serm. 61.

39. Non semper malum est non obedire precepto, cum dominus iubet ea quae sunt contraria Deo, tunc ei obediendum non est. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, caus. 44, quaest. 3, can. *Non*.

S. BERNARD.

40. Nec studium bonae actionis, nec otium sanctae contemplationis, nec lacryma penitentis, extra obedientiam esse poterunt. *Ad Milites tempore*, cap. 43.

41. Quam pauci inveniuntur in hac perfecta obedientiae forma, qui suam ita abjecerint voluntatem, ut ne ipsum quidem cor proprium habeant; ut non quid ipsi, sed quid Dominus velit, omni hora requireant! Serm. 4, de *Convers. S. Pauli*.

42. Si quis obedit, sed simulatorie et ad oculum, murmuret autem in abscondito, falsa est obedientia ejus. Serm. 2, de *S. Andrea*.

43. In obedientia maxime caveas propriae voluntatis. Serm. de *Tribus ordinibus*.

44. Quisquis vel aperte vel occulte satagit, ut quod habet in voluntate, hoc ei prelati in iungat, ipse se seducit, si forte sibi quasi de obedientia blandiatur: neque enim in ea re ipse prelati, sed magis ei prelati obedit. *Ibid.*

45. Propriae amor quietis, sanctae obedientiae actibus, seniorumque traditionibus, praedictum nullatenus facere debet. Serm. 46, super *Cont.*

46. Obediendi devotio lenit imperium. Serm. de *Convers. ad clericos*, cap. 30.

47. Verus obediens non attendit quale sit quod praecipitur, hoc solo contentus quia praecipitur, et haec est obedientia sine mora. Epist. 7, ad *Adam monachum*.

48. Si optio detur, pigra potius eligenda est inobediencia cum respicientis conscientia, quam malorum fratrum studiosa obedientia cum scandalo. *Ibid.*

49. Melius agit inobediens respiciens ab errore abbati, sed non charitati, servando unitatem in vinculo pacis; quam falsi fratres, qui ita obtemperant homini uni, ut unum preferant, communitati. *Prose.*

50. Expedit magis eumlibet sola unitas hominis periclitari obedientia, quam reliquis omnibus pietatis bonis, et votis propriae professionis. *Ibid.*

51. Sola causa qua non liceat obedire parentibus, Deus est. Epist. 114.

52. O monachum obedientissimum, cui ex quibuslibet verbalibus, ne unum quidem iota praetervolat! Epist. 7, ad *Adam monachum*.

53. Merito non fidelis, sed plane rebellis atque contumptor reputabitur, quisquis obedire renuerit mandatis. Epist. 77, ad *Hugonem de S. Victore*.

54. Modus est obediens, tenor professionis: nec se valet extendere potestas imperantis, nisi quatenus attigerit votum profitentis: citra et ultra, nec non etiam contra, quid aliud quam obedientiae limites quosdam censuerim! De *Procepto et Dispensat.*

55. Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, ad omne quod in iungitur spontanea fertur, vigore liberalis alacrisque animi modum non considerans. *Ibid.*

56. Tam qualitas praecceptorum quam auctoritas praecipientium, et obedientiae praefigit metum, et inobediencia terminat culpam. *Ibid.*

57. In obediendi ratione haec generalis regula tenetur, ut in difficilioribus quidem agendis, obediendo gratior quam gravior praevicatio iudicetur: et in facilioribus minusve onerosis contemptus damnabilior, quam actus laudabilior aestimatur. *Ibid.*

58. Novit verus humilisque obediens, et minima non contemnere, et maxime curare quae maxima sunt, intimo quodam devoti sincerique animi sapore discernens. *Ibid.*

59. Obedientia quae majoribus praebetur, Deo exhibetur. *Ibid.*

60. Familiaris et amica saluti obedientia est. In *Declam.*

61. Omnis bonus obediens, dat suum velle, et suum nolle. Lib. *Medit.*, cap. 4.

62. Redemptori suo non obedit, qui innocens non est: et innocens esse non potest, qui obedire contemnit. De *Ordine vitae*.

63. Necessae est ut obedientia non servili metu, sed charitatis affectu fiat: non terrore panna, sed amore iustitiae. *Ibid.*

64. Summa et admirabilis obedientiae virtus in Abraham, et singularis excellentiae laudibus est predicanda. Serm. de *Virt. obediens*.

65. Fortissima res est obedientia, et quae in animum descendere non potest, nisi a mundi huius aspergine pure presequere deterrum. *Ibid.*

66. Obedientia ad Deum nunquam est hominis arbitrio temperanda, sed incommutabili conservanda proposito. *Ibid.*

67. Haec est propria hominis obedientia, quam homini debemus, qui homini subditi sumus. *Ibid.*

68. Quidquid obedientiae prelati exhibetur, Deo exhibetur. *Ibid.*

69. Difficile quidem est suam relinquere voluntatem, et alterius voluntati deservire: sed tamen maxime meritum est obedire libenter. *Ibid.*

70. Ex voluntate suscipienda sunt imperia prelatorum, et ipsum cor a suis voluntatis re-

flexionibus adducendum, donec propria voluntas maelata, mandatum diligat imperantis. *Ibid.*

71. Libenter obedire, est prelatorum voluntatem voluntarie adimplere. *Ibid.*

72. Incedo simpliciter in mandatis obedientiae, addens voluntati simplicitatem, intentioni illuminationem. *Prose.*

73. Fortitudo simplicis via Domini est, quae obedientia est: fortitudinem enim induunt, qui obediens sunt, et simpliciter incedunt. *Ibid.*

74. Serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus, multum colorant obedientiam obsequentis. *Prose.*

75. Quis enim locus obedientiae, ubi alacritas elongatur, ubi tristitia emittitur agritudo? ostendunt plerumque voluntatem animi signa exteriora, et difficile est, ut vultum non mutant qui mutant voluntatem.

76. Nubilosa corporis compositio, et facies tenebris offuscata tristitia, devotionem ab animo recessisse signant.

77. Cernis igitur quam necessaria et conveniens sit hilaritas in obedientiae executione, quis enim imperat libenter tristitia efflanti?

78. Si vis ergo perfectus esse, hilariter et cum magna voluntate suscipe iubentis imperium; ut voluntati cordis, simplicitati operis, vultus hilaritatem adjungas. *Ibid.*

79. Velociter est obsecrandum obedientiae; velociter enim currit sermo Dei, et velocem habere desiderat sequentem. *Ibid.*

80. Fidelis obediens nescit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, praeripit praecipientem, parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itinere pedes; totum se colligit, ut imperantis colligat voluntatem. *Ibid.*

81. Tu cum voluntatem cordis, simplicitatem operi, hilaritatem vultui in obedientia conjunxeris, adde velocitatem, ut sis ad implendum velocior. *Ibid.*

82. Nihil proderit fortiter obedire, si contigerit infeliciter superbire. *Ibid.*

83. Modus vere obediendi divinis praecipitis, hic est: sit sedulitas in profectu virtutis; sit profunditas in descensu humilitatis; sit firmitas in affectu charitatis. Super *Luc.*, cap. vi.

84. Verus obediens debet esse silens a murmuratione, purus intentione, placens executione, silens ore, purus corde, placens opere. Serm. 3, *Dom. infra octav. Epiph.*

85. O quam detestabile vitium obedientiae contrarium, per quod angelus de caelo, homo de paradiso cecidit! Serm. 3, *Dom. 3 post Epiph.*

86. O confusio summa! O perversio detestanda! quia majoris sunt obedientiae bruta, quam rationalia: nam apes in tantum regi suo obediens

sunt, ut ad ejus imperium exeant et subsistant vadant et redeant, et castra ponant. *Prose.*

87. Ei non obediens eris, qui obediunt caelestia agmina; obediunt, velint nolint, demonia; obediunt omnia caelestia corpora; et obediunt quatuor elementa, et omnia animalia? Serm. 1, de *SS. Apostolis*.

88. Quae nequitia, quae perversitas! quia leo rugit, omne animal gressum fugit, expectans imperium sui regis; et summus Rex summam utilitatem servo mandat, et non est qui obediat. Serm. 1, de *SS. Evangel.*

89. Obedientia est schola Salvatoris, nobile genus martyrii, palma triumphalis, scala paradisi. Tit. 4, *Diaco.*, cap. 2.

90. Obedientia est navis ad caelum transiens, clavis caelum aperiens, avis ad caelum ascendens. *Ibid.*

91. Obedientia est summa in merito, vicina Deo, proxima caelo. *Ibid.*

92. Libentius obedire ei, qui diligitur, quam qui timetur: obedientia dilectionis propriae est voluntaria, timoris autem magis est coacta. De *Sex alis Seraphin.*, cap. 6.

93. Perfecta obedientia sua imperfecta relinquit. Part. 1, in *Speculo discipl.*, cap. 4.

94. Bonus obediens nec verbum expectat, ubi de superioris sibi constitit voluntate. *Ibid.*

95. Nunquam de majorum sententia iudicent, quorum officii est obedire, et implere quae iusta sunt. *Ibid.*

96. Felix servitus, non suae, sed alterius propter Deum obedire voluntati. *Ibid.*

97. Secure per omnia obeditur, ubi contra Deum nihil praecipitur. *Ibid.*, part. 2, cap. 3.

98. Necessitate obedit, qui cogitur invitus; et libenter esset liber, si posset, vel auderet. Lib. 2, de *Profectu relig.*, cap. 40.

99. Ut melius valeas esse obediens, cogita semper quando vox praecipientis sonat in auribus tuis, quod vosem istam, non tanquam ab homine audias, sed tanquam ab ipso Deo. In *Octo collat.*, collat. 2.

100. Non est obediens, sed negligens, qui secundum expectat mandatum. *Ibid.*

101. Nemo ad perfectionis sentiam currendam magis expeditus est, quam verus obediens. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 4.

102. Habenda est plane in agendis obedientiae sanctae auctoritas, sine qua nec etiam ipsa bona, bona sunt. *Ibid.*

103. Magnum est peccatum inobedienciae, quo totus perit mundus: magna est virtus obedientiae, qua totus salvatus est mundus. De *Laudib. Eccles.*, cap. 1, de *Paradiso*.

S. BRUNO.

S. BONAV.

104. Primus homo inobediens factus, seipsum perdidit et nos : secundus homo factus est obediens usque ad mortem ut salvaret nos. *Ibid.*
- S. CYPRIAN. 105. Obediencia, quæ omnium disciplinarum mater est, magna exercitatione indiget, quæ sui normam studii a Christo Domino sumpsit. *De Duodecim abusio.*, cap. 3.
- S. DIADOCH. 106. Obediencia janua et aditus charitatis est in Deum, repudiatur enim arrogantiam, parit autem humilitatem. *De Perfect. spirit.*, cap. 44.
- DIONYSIUS CARTHUS. 107. Obediencia virtus est castitate et paupertate prestantior. *De Profess. monast.*, art. 12.
108. Religiosus non se excuset ab adimpletione ejus quod sibi injungit superior, quasi melius aut sublimius quid acturus; quia quidquid fecerit extra obedientiam, non placet Deo. *Ibid.*, art. 13.
- S. EPHREM. 109. Vir obediens præcipientibus non resistit, jumentibus non adversatur, reprehensus non irascitur. *De Obediencia.*
- S. EUSEBIUS CESARIENS. 110. Non est obediens, sed negligens, qui secundum expectat mandatum. *Epist. ad Damas. Pop. de morte D. Hieron.*
111. Hoc semper vera optat obediencia, nunquam suæ obtemperare voluntati, sed reverenter aliena. *Ibid.*
- S. EUSEBIUS EMISSEN. 112. Ita inobediencia obdurat animam, quam semel cepit, ut ad suscipienda præcepta nec auctoritate, nec ratione flectatur : sed quod pessimum est sibi soli credat, et hoc solum rectum, quod obdurat corde concepit. *Hom. 3, ad Monachos.*
113. Quanto humiliores et obedienciores fuerimus, tanto super nos levius ac dulcius jugum Domini sentiemus. *Ibid.*
114. Quantum obedienciores fuerimus præpositis nostris, in tantum obediens Deus orationibus nostris. *Ibid.*
115. Videmus per inobedienciam animarum opera non respici; jejunia non audiri, vota non suscipi. *Ibid.*
116. Nullus senior tam indoctus appareat, ut putet quod eum non deceat obediencia, quæ Deum decuit. *Ibid.*
- J. FRANCIS ASSISIENS. 117. Quidquid subditus facit aut dicit, quod ipseiat quod non sit contra voluntatem prælati sui, dum bonum sit quod facit, vera obediencia est. In suis *Opusc.* in *Admonit. ad fratres*, cap. 3.
118. Quanto contemptibilior presidet, tanto magis humilitas obediens placet. In suis *Opusc.*, collat. 4, de *Obediencia.*
119. Summa obediencia est, in qua superioris voluntas inferioris voluntatem gubernat, et nihil quod suum sit, aut appareat, habeat caro, vel sanguis. *Ibid.*, oraculo 15.
120. Quid desperatius, quam obediencie neglector, aut contemptor. *Ibid.*, oraculo 19.

121. Obediencia est fidei opus, probatio veræ spei, argumentum charitatis, mater humilitatis, genitrix pacis. *Ibid.*, orac. 27.
122. Perfecta obediencia est illa, qua religiosus facere omittit quod sibi melius et consultius videtur, ut quod minus rectum et consonum judicatur, compleat. *Ibid.*, serm. 5.
123. Fertilissimus est obediencie fructus, nihil est temporis vero obediens sine lucro. *Ibid.*
124. Talis esse debet verus et perfectus obediens, ut cæcus ad obediendum sit. In suis *Opusc.* exemplo 2.
125. Si dominis temporalibus præcipiuntur servi cum tremore obedire, quanto magis aeterno illi regi regum, et Domino omnium dominantium? In *Annot. super Psalm.* II, vers. 11 : *Servite Domino cum timore.*
126. Si subditus credit quod præceptum prælati sit contra Deum, secure non obediatur, licet juraverit ei obedire in omnibus; quod intelligendum est de licitis, et justis, et honestis. In *Decret. Gratiani.*
127. Obediencia est complenda sine mora, et observanda. *Super Genes.*, cap. XVII, in illud : *Statim in ipso die.*
128. Iter regni Dei est obediencia. *Super Matth.*, cap. VII.
129. Adam si in obediencia perseverasset, sensus corporis ad nullam malam voluptatem vertirentur. *Super Apocal.*, cap. 17.
130. Sola obediencia est, quæ fidei meritum possidet, sine qua infidelis quisque convincitur, etiam si fidelis esse videatur. *Lib. 35, Moral.*, cap. 40, num. 12.
131. Nunquam per obedienciam, malum fieri debet : aliquando autem debet per obedienciam bonum, quod agitur, intermitteri. *Ibid.*, num. 13.
132. Debet obediencia et in adversis ex suo aliquid habere, et in prosperis ex suo aliquid omnimodo non habere. *Prose.*
133. Quatenus et in adversis tanto sit gloriorior; quanto divino ordini etiam ex desiderio jungitur : et in prosperis tanto sit verior, quanto a presenti ipsa quam divinitus percipit gloria, funditis ex mente separatur. *Ibid.*, num. 13.
134. Redemptori suo non obedit, qui innocens non est : et innocens esse non potest, qui obedire contemnit. *Ibid.*, num. 14.
135. Obediencia non servili metu, sed charitatis affectu servanda est : non terrore pœnæ, sed amore justitiæ. *Ibid.*
136. Sola virtus est obediencia, quæ virtutes cæteras menti inserit, insertasque custodit. *Ibid.*, num. 12.
137. Obediencia victimis jure præponitur, quia

FRANCISCUS
TITELM.

GLOSS. DEB.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGORIUS
MAGN.

- per victimas aliena caro, per obedienciam vero voluntas propria maciatur. *Ibid.*, num. 15.
138. Obediencia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est; aliquando autem si de suo aliquid non habeat, minima est. *Prose.*
139. Nam cum locus superior imperatur, is qui ad percipiendam hæc obedit, obediencie sibi virtutem evacuat, si ad hæc ex proprio anhelat.
140. Neque sub obediencia dirigit, qui ad percipiendam hujus vitæ prospera, libidini propriæ ambitionis servit. *Ibid.*, num. 13.
141. Qui obedire præceptis cœlestibus student, dies suos in bono compleant, et annos in gloria. *Ibid.*, lib. 26, cap. 22, super illud *Job xxxvi* : *Si audierint, et observaverint.*
142. Vera obediencia nec præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit : quia qui omne vitæ suæ judicium majori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur, operatur. *Prose.*
143. Nescit judicare quisquis perfecte didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, si præceptis obediatur.
144. Preceptum in hoc solo pensari debet, quod majoris præceptum est, et qui obediencie bonum exequitur, non injunctum opus debet considerare, sed fructum.
145. Ad promerenda æternæ vitæ gaudia, non exquiritur qualitas operis, sed fortificatio propriæ, et exercitio voluntatis.
146. Quisquis alieno imperio subditus est, hoc solum consideret, quia quod sibi secundum Deum injungitur, valde magnum et excelsum in lucro est menti, quod vitam præparet in mercede retributionis.
147. Majoris est meriti charitatis injuncta refectione, jejuniis propria deliberatione suscepto : qui jussus carum reficit invitus, jejuniis præmium devotione promeruit, et ampliores mercedem obediencie manducando conquistavit. *Lib. 2, in I Reg.*, cap. III, super illud : *Vale et dormi.*
148. Hæc est forma electæ obediencie, ut in omni quod foris agitur, ad potentiam Conditionis ubique præsentem respiciatur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 5.
149. Perfecta obediencia, quæ hominibus exhibetur, minus est Creatoris, et oblatio Domini : quia hominibus pro Deo offertur, sed oblata hominibus, a Deo suscipitur. *Prose.*
150. Victimæ enim sunt obsequia obediencium, quia cum hominibus pro Deo quis subjicitur, superbi spiritus superantur. *Ibid.*, super illud : *Septem diebus expectabis me.*
151. Victores sunt, qui obediunt : quia dum voluntatem suam aliis perfecte subjiciunt, ipsi
- per obedienciam lapsis angelis dominantur. *Prose.*
152. Cæteris virtutibus dæmones impugnantur per obedienciam vero vincuntur. *Ibid.*
153. Plerique sunt fideles, qui prælati suis humiliter obedire sciunt, alta cogitare nesciunt : sciunt quidem imperata perficere, nesciunt aliis imperanda prævidere. *Ibid.*, lib. 4, cap. 5.
154. Tenenda est subditus virtus obediencie non remissa. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.
155. Si obediencius præpositis nostris, obediens Deus orationibus nostris. Hab. apud *D. Antonin.* part. 4, tit. 5, cap. 14, § 3.
156. Bonum est obedire majoribus, et parere præfectis. *Epist. 8, ad Demetriad.*
157. Initium obediencie est, quid præcipiatur velle cognoscere : et pars est obsequii, didicisse quid facias. *Epist. 1, ad Demetriadem.*
158. O felix et abundans gratia ! in obediencia summa virtutum clausa est : nam simplici gressu hominem ducit ad Christum. In *Regula Monachar.*, cap. 6, de *Obediencia.*
159. Verus obediens, et qui pro Christo caret omni arbitrio voluntatis, nihil novit difficile, nihil injustum. *Ibid.*, cap. 8.
160. Ibi non est monasterium, non religiosi, ubi subditus obediencia deest erga prælatum : destructio est corpus expositum, cum membra discoriant a capite. *Ibid.*
161. Obediencia illa vera et perfecta est, quæ in nullo contemnit. Super *II ad Cor.*, cap. II, in illud : *In omnibus obedientes sitis.*
162. Qui innocens est obedi : et innocens esse non potest, qui obedire contemnit. *Super Regul. D. Aug.*, cap. 14.
163. Morbus inobediencie, languor est animæ, et ex superbia tumore procedens. *Lib. 2, de Claustro anim.*, cap. 13.
164. Imponitur nomini obediencie præcepto, facta, loco, ut designet, quod præcipitur, monstrat quod agitur, nominet locum, in quo quis moratur : de præcepto, dicitur, injungit ei obedienciam; de facto, complevit eam; de loco, apud eam moratur obediencia : prima est facilis; secunda gravis; tertia ad utrumque se habet. *Ibid.*
165. Hanc obedienciam multi desiderant, ut extra obedienciam esse queant : et sic fit, ut vocetur obediencia, cum non sit. *Ibid.*
166. Multis modis obediencia quæri solet : auxilio, consilio, ingenio : auxilio parentum, consilio fratrum, simulationis ingenio. *Prose.*
167. Ut quod minus parentum, vel exhortationibus fratrum non potest obtineri, saltem simulationis ingenio possit adipisci. *Ibid.*

S. HIERON.

HUGO A S.
VICTORE.

168. Hæc obedientia, quæ conceditur alicui parentum exactione, seu fratrum seductoria exhortatione, vel etiam boni operis simulatoria ostensione, obedientiam nomen habet, sed re caret. *Ibid.*

169. Cita debet esse obedientia, ut fiat cum humilitate et sine tarditate. *Ibid.*, lib. 3, cap. 21.

170. Obedientia est vicaria servitus. Lib. 4, de *Anima*, cap. 16.

171. Obedientia est præceptorum ineluctatrix. *Ibid.*, cap. 16.

HUGO CARD. 172. Obedientia perfecta, est in abrenuntiatione proprie voluntatis. Super *Psalm.* xxxix.

173. Sola obedientia verissime est virtus, quæ totaliter vivit contra se: ubi enim aliquid suum habet, aut nulla, aut minima est. Super *Prov.*, cap. xxi.

174. Obedientia est porta paradisi, et meritum regni. Super *Hierem.*, cap. xiii.

JOAN. CASS. 175. Obedientia virtutem non solum operi manuum, seu lectioni, vel silentio, et quieti cellæ, verum etiam cunctis virtutibus ita præferunt, ut huic iudicent, omnia postponenda. Lib. 4, de *Canob. inst.*, cap. 12.

176. Unum sane atque idem inobediens genus est, vel propter operationis instantiam, vel propter otii desiderium, superioris violatæ mandatum. Collat. 4, *Abbat. Danielis*, cap. 20.

S. JOANNES CHRYSOST. 176bis. Talem obedientiam Christus efflegit, ut neque punctum temporis differamus, etiam si nos aliquid necessarium urgere videatur. Homil. 44, super *Math. Oper. perf.* in illud 4: *Venite post me.*

177. Qui fidelis est, et ut oportet firmus, ratione non indiget, neque causa eorum, quæ ei præcipiuntur, sed sola admonitione contentus est: imbecillior autem cognita rei veritate, diligentius rem accipit, et quam promptissime parat. Homil. 26, super 1 *Cor.*

178. Etiam si præsumt, improbi fuerint, innumerisque scaterent malis, obediendum est eis. Super *Epist. ad Galat.*, cap. 1.

S. JOAN. CL. 179. Obedientia est sepulcrum voluntatis, et excitatio humilitatis: nihil resistit, nihilque discernit, inortuus in bonis, aut his quæ videntur mala. *Gradu.* 4.

180. Quanto fuerit in corde viridior fides, tanto corpus ad officia omnia et ministeria promptius occurrit. *Ibid.*

181. Obedientia est simulationis, propriæque desiderii omnimoda renuntiatio. *Ibid.*

JOAN. GENS. 182. Tanto erit obedientia tua precantior Deo, tibique fructuosior, quanto est indignior ille, cui propter Deum subijci non refugis. Tract. de *Preparat. ad Missam*, consid. 8.

183. Oportet ut obedientia sit constans, sit vera,

sit hilaris, sit affectuosa: constans illorum obedientia non est, qui ad ea quæ sibi plauerint, tantum obedire proponunt: vera illorum obedientia non est, qui pro lucro vel commodo temporali obediunt: hilaris illorum obedientia non est, qui cum murmure, vel responsione volentis, quæ jubentur periclitantur: affectuosa illorum obedientia non est, qui etsi respondere non audent, rancorem tamen et malevolentiam in pectore versant. *Serm. de Verb. Dom.*

184. Nihil Deo adeo gratum est, et damonibus horrendum, sicut obedientia. Super prolog. *Regul. S. Bened.*, cap. 2.

185. Magna virtus obedientiæ est, quæ non solum in magnis, sed etiam in parvis Deo acceptabilis est. In cap. 3, *Regul. S. Bened.*, verbo *Nihil.*

186. Vera obedientia ex ore rapit imperium juvenis, ut eodem momento, quo imperat major, obtemperet minor. *Ibid.*, in cap. 5, verbo *Mat.*

187. Obedientia in difficilius gratior est, et inobediencia in facilius gravior. *Ibid.*, verbo *Acceptabilis.*

188. Monachus sine obedientia est monstrum diaboli. *Ibid.*, homil. 20.

189. Obedientia est Spiritus sancti domicilium, et quietum voluntatis propriæ sepulcrum. *Ibid.*

190. Obedientia est elationis et superbiæ omnis exterminium, et cunctorum persecutrix vitiorum. *Ibid.*

191. Obedientia est animæ vulneratæ remedium, et totius observantiæ monasticæ fundamentum. *Ibid.*

192. Obedientia armatura est fortissima, cui nulla poterunt adversa nocere. *Ibid.*

193. Vera obedientia non murmurat, non hesitat, non tristatur, non querit diverticulum, non tardat, non se excusat, sed ad mandatum excurrit læta. *Ibid.*

194. Obedientia est, quæ animam Deo reconciliat, et præter effusionem sanguinis Martyris coronat. *Ibid.*

195. Quantum homo obediens extitit Creatori, obediens mansit creatura homini. Lib. 4, de *Teol. relig.*, cap. 2.

196. Etiam in dubiis præceptis, prævis prælati obediendum est: in præceptis autem manifeste malis, nullatenus est obediendum, etiam bonis prælatis. *Epist. ad Civitatem duem.*

197. Sicut sine duce non confiditur de victoria, et sine gubernatore non pervenitur ad portum: ita et absque obedientia impossibile est in hujus vite pelago non periclitari. De *Ligno vite*, tract. 6, de *Obedient.*, cap. 3.

198. Importabile omnis est obedientia super-

JOAN. TRIT.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. LAURENTIUS JUSTINI.

S. LEO. I.

hienti, et humili voluntas propria. De *Compunct. et complacent.*, cap. 2.

199. Obedientia mollit imperium, nec dura tibi necessitate servitur ubi diligitur quod jubetur. *Serm. 4, de Jejun. septimi mensis.*

200. Ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. *Epist. 87, ad Episc. African.*, cap. 4.

LEUVICUS BLOSICUS. 201. Eximia virtus, eximia plane virtus, obedientia est: contra, nullo acquiescere, gravissimum omnino scelus est. In *Canon vite spirit.*, cap. 27.

202. O qui sciret, quantus fructus in virtute obedientiæ lateat, quam religiose, etiam minima quæ sibi præscripta essent, impletet: quam prompto voluntatem alterius sua voluntate contracta relictaque faceret! Lib. 4, *Enchirid. Parvulor.*, document. 5.

203. Nulla virtus, nullum virtutis opus Domino placet, si sancto inobedientiæ contaminetur. *Ibid.*

204. Obedientia tanta virtus est, ut vel minimum aliquod opus ex ea factum, qualecunque illud fuerit, multo melius Deoque acceptius sit quolibet alio opere, quamlibet etiam magno, quod sine obedientia peragitur. In *Apolog. pro Tailoro*, cap. 6.

205. Nullum in hac vita charius digniusque sacrificium Deo omnipotenti offerri potest, quam cor humile, atque obediens. *Ibid.*

PET. BLES.

206. Placeat Deo, ut sicut dispendium patimur primæ obedientiæ, ita mihi claudat obedientiam cursuum vite. *Epist. 109, ad Hubert. Cantuariens. Archiep.*

207. Sine omni delectu, sine omni exceptione facit regulæ professor, quod injungitur sibi. Quid vero vel quale, vel quantum sit, quod injungitur, non discernat. *Ibid.*, epist. 134, ad *Vulhel. electum.*

208. Vir obediens vincit mundum, diabolum et seipsum. *Ibid.*, epist. 137, ad *Alexandr.*

209. Sicut obediendum est libenter, sic et hilariter, sic et velociter. *Prose.*

210. Obedientia enim sine mora placet Deo, non placet autem Deo morosa, et discipulatrix obedientia: que si quid præcipitur, disputando querit, cur, quare, quamobrem præcipiatur. *Ibid.*, serm. 32, de *S. Augustino.*

PHILO JUD.

211. Apud omnes qui recte sapiunt, nihil honestius habetur, nihil optabilius, quam Deo parere. De *Abrahamo.*

S. PROSPER.

212. Obedientia ac patientiæ virtute fundati, majorum suorum non discutunt constituta, sed faciunt. Lib. 2, de *Vita contempl.*, præfatione.

S. THOMAS AQUINAS.

213. Subditi in iis tantummodo superioribus suis obedire tenentur, in quibus ipsis suis supe-

rioribus subijcuntur, et in quibus ipsi superiores sublimioris potestatis præcepto non adversantur. 2, 2, quæst. 104, art. 5.

214. Obedientia tanto magis est meritoria et laudabilis, quanto minus habet de suo. *Ibid.*, art. 2, argum. 3.

215. Perfectæ obedientiæ est, obedire in omnibus quæ non sunt contra Deum. Super 2, *Sent.*, dist. 45, quæst. 2, art. 1, ad 2.

216. Perfecta obedientia de suo proprio quasi nihil habere debet, nec parum, nec magnum cum amore vitiosum possidere. *Serm. 17, ad Novit.*, divis. 6.

217. Nil perfectius, nil salubrius, nil utilius, nil laudabilius, nil securius, nil quietius pro bona conscientia et pace cordis habenda, quam omni hora, sine contradictione, sine mora, sine fitione, sine aversione, prompte et libenter obedire. *Ibid.*, serm. 18, divis. 6.

218. Sancta et felix obedientia pro Christo, quæ oculi portam aperit morituro. *Ibid.*, serm. 19, divis. 10.

219. Fili, qui se subtrahere nititur ab obedientia, ipse se subtrahit a gratia. Lib. 3, de *Imit. Chr.*, cap. 13.

220. Ubi prompta obedientia, ibi læta conscientia. In *Hortulo rosar.*, cap. 18, sect. 2.

221. Sine obedientia, aut parva, aut nulla sunt opera nostra æstimanda, aut ponderanda. *Prose.*

222. Cum autem humiliter prompta obedientia, etiam complacere Deo valde parva et vilis servitia. In *Hospit. pauper.*, cap. 5.

223. Verus obediens non est tardus, nec negligens, nec querulosus, sed pro posse paratus ad omnia Deo placita. *Ibid.*

224. Sive obediens orat, sive laborat, sive vigilat, sive dormit, sive loquitur aut tacet, sive stat aut ambulat, sive scribit aut legit, sive intrat, aut exit, sive comedit aut jejunit: omnia ex virtute obedientiæ in bonum et ad meritum ipsi convertuntur. *Ibid.*

225. Multo tutius obedire, quam præseperare. In *Exercit. spirit.*, cap. 12.

226. Nemo tam quiete vivit, nemo tam sæcure moritur, sicut verus obediens. *Ibid.*

227. Omnis religiosus in obedientia vivens, paratus suam voluntatem frangere, atque prædico suo humiliter nitens obedire, iste veraciter in spiritu martyris efficitur, quamvis materiali gladio in collo non feriat. *Serm. 14, ad Novit.*, divis. 3.

228. Qui ex voto domino suo parat, acquirit gratiam; invitus, accumulatur injuriarum. Homil. 3, de *Arcta vita.*

229. Prima monachorum virtus, est obedientia. Lib. 4, cap. 4.

THOMAS A KEMPIS.

S. VALER. EPISC.

IN VITIS PATR.

220. Ministerium monachi est obedientia, quam qui possidet, quod possit exaudietur. Lib. 5, libell. 14, de *Obedient.*, num. 11.

231. Qui ad obedientiam patris spiritualis amicum dederit, majorem mercedem habet, quam ille qui solus in eremo recesserit. *Ibid.*, num. 19.

232. Obedientia elogia; obedientia salus est omnium fidelium; obedientia genitrix est omnium virtutum; obedientia regni colorum inventrix est; obedientia colos aperiens, et homines de terra elevans est; obedientia cohabitatrix angelorum est; obedientia sanctorum omnium cibus est. *Ibid.*, num. 19.

SENTENTIA PAGANORUM.

CICERO. 233. Gere morem parenti, pare cognatis, obsequere amicis, obtempera legibus. Lib. 4, de *Arte rhetor.*

PLATO. 234. Rebellem esse ei, qui nobis superior prae-sit, Deo et homini illud nefarium et turpe est. *Sisygia*, 1, in *Apolog.*

235. Deo mallem parere, quam hominibus. *Ibid.*

SIXTUS PHILOSOPH. 236. Qui sapienti non obtemperaverit, nec Deo obtemperabit. *Sent.* 237.

Vide etiam tit. *Discipulus*, sent. 44; *Dominium* sent. 16; *Exaudire*, sent. 10, 13; *Mandatum in genere*, sent. 42, 54; *Mandatum Dei*, sent. 14; *Monialis*, sent. 46; *Multitudo*, sent. 37; *Novitius*, sent. 77; *Parentes*, sent. 35, 95, 109, 149; *Perfectio*, sent. 54; *Privilegium*, sent. 20; *Præsumptio*, sent. 27; *Servitus*, sent. 25; *Subjectio*, sent. 38; *Timor porae*, sent. 88.

OBLATIO.

Definitio. Oblatio est doni presentatio.

SENTENTIA PATRUM.

S. ALBERT. & MAGN. 1. Nihil aliquod ditius offertur Deo, bona voluntate, *De adherendo Deo*, cap. 11.

S. AMBROS. 2. Quidquid ex affectu puro ac sincero promittitur, hoc est decorum. Lib. 2 *Offic.*, cap. 21.

3. Perspicuum est Deum non muneribus oblati placari, sed offerentis affectu. Lib. 2, de *Cain et Abel*, cap. 6.

S. AMBROS. & ACCUST. 4. Quatuor considerantur in omni sacrificio; cui offertur; a quo offertur, quid offertur, pro quibus offertur. Super *Epist. ad Hebr.*, cap. 8. Et *S. August.*, lib. 4, de *Trinit.*, cap. 14.

S. AUGUST. 5. Qui sua peccata redimere vult temporalium oblatione, caveat ut prius offerat mentem. *De Vera et falsa penit.*, cap. 15.

6. Ea est vis amoris, ut oculus mentis offerat quod ardentius mens desiderat. *De Amicitia*, cap. 26.

7. Non intendit Deus ad munus, sed in corde videt, et quem videt cum charitate offerre, ipsius

sacrificium respicit: quem vero videt cum invidia offerre, ab ipsius sacrificio oculos avertit. *Tract.* 5, super *Epist. Joan.*, cap. 3.

8. Ille apud Deum plus habet loci, qui plus attulerit, non argenti, sed fidei. *De Oculis*, cap. 16.

9. Offertur animo Deo moribus sanctis, cogitationibus castis, operibus fructuosiss. *Serm.* 3, de *Nativit.*

10. Si obtulisti florem juventutis tue diabolo, saltem faciem senectutis tue immolare non differas Christo. *Serm.* 8, ad *Frates in eremo.*

11. Recte offertur sacrificium, cum offertur Deo vero, cui uni tantummodo sacrificio est. Lib. 45, de *Civit. Dei*, cap. 7.

12. Cum me tibi totum offero, parum non est: offero enim quem vehementissime diligis. *Epist.* 32.

13. Voveatur omnia, quae offeruntur Deo. *Epist.* 59.

14. Quod offertur in locis Sanctorum, offertur Deo. Lib. 20, contra *Faust.*, cap. 21.

15. Ornamenta corporalia offerre nec possumus, nec debemus. *Homil.* 26, ex *lira Homil.*

16. Quidquid pretiosius invenit, devote obtulit. *Lib. Medit.*, cap. 8.

17. In multis frustra laborat, qui sua magis quam seipsum Deo offerre studet. In suis *Proverb.*, verbo *In*.

18. Oblatio, quam Deo immolamus, triformis esse debet, affectuosa, ut mens concordet voci; fructuosa, ut edificationem pariat intuitu; Gratiiosa, ut placeat Conditori, qui gratis dedit. In suis *Sentent.*, cap. *Oblatio*.

19. Duo minuta habeo, Domine, corpus et animam dico; utinam haec tibi perfecte possim in sacrificium laudis offerre: bonum enim mihi longaque gloriosius atque utilius est, ut tibi magis offerar, quam auferar mihiipsi. *Serm.* 3 *Parif.*

20. In oblatione sit constantia virilis, sit continentia carnis, sit conscientia humilis. *Ibid.*

21. Si recte offers, et recte non dividis, peccatis; non esse rectus oblator, et pravus divisor; munus mortuorum offers Deo. *Serm.* 24, super *Cant.*

22. Considerandum est in oblationibus, quid, cui, quantum, quomodo, ubi, quando, quid, quia tum, non alienum, neque deterius quod habes. Sed heu! id hodie faciunt multi: vilissimum denarium sacerdoti, vilissimum quod est in scutella pauperi, vilissimum prolem religioni offerunt. Cui, Deo: quidquid enim boni amore Dei facis, offers Deo. Sed heu! multi plus ventri quam Deo, plus simoniaci, meretricibus, histrionibus, cauponibus, et similibus offerunt, quam Deo, imo certe diabolo per manus talium offerunt. Quantum, quilibet secundum suam facultatem offerat:

cui enim Dominus plus benedixit in donis, plus merito ipsi offerre debet.

Quomodo, quia sincere. id est, sine rancore, sine mala affectione: non est enim acceptabilis oblatio tua, si habes odium in corde, quanto minus si exereas crudelitatem in opere. Ubi, quia ad Altare: sed heu! multi hodie plus ad aleam, et ad similia offerunt, quam ad altare. Altare tunc Christus est: quod in paupere, vel in tua mente ubique invenies. Quando, quia frequenter: quotidie enim innocentiam animae et corporis cum aliis bonis operibus offerre debes. Sed heu! festivis diebus multipliciter multi peccando, plus offerunt diabolo, quam Deo. *Serm.* 2, *Dom.* 5, post *Penit.*, super illud: *Si offers munus tuum.*

S. CESARIUS ARLIAT. 23. Festinemus emendatam vitam Domino, antequam auferat, offertur. *Homil.* 17.

CASSIODOR. 24. Non in solis facultatibus oblatio posita est, sed mentis affectu, ubi et pauper potest esse ditissimus. Super *Psal.* lxxviii, vers. 37.

25. Humile ac mansuetum decet esse, quod studio pietatis offertur. Super *Psal.* cxxxvi.

CLEM. ALEX. 26. Non minus, sed voluntatem divitem reputat Dominus, qui animam erudit. Hab. apud *D. Joan. Damasc.*, lib. 3 *Parall.*, cap. 26.

27. Quemadmodum totum quod homo est, potest, et habet, a Deo omnipotente accepti: sic totum quod est, quod potest, quod habet, Deo rependat et offerat, necesse est. *De Profect. spirit.*, art. 14.

V. BEATA.

S. BENED.

S. ELIGIUS. 28. Unusquisque peccator quando offert Deo pecuniam, offert illi et animam suam. *Homil.* 8.

S. EPHRAEM. 29. Præbe Deo non tua, ut tibi det quae sunt sua. *De Paenitent.*

FRANCISCUS TITELM. 30. Qui indigne assistunt divinis oblationibus, potius iram Dei provocant, quam placeant: et frustra laborat offerentis devotio, ubi eorum pro quibus fit oblatio, immunditia et indignitas, quo minus exaudiantur, obstat. In *Anot.* super cap. *Job*, in illud: *Et sanctificabat eos.*

GILBERT. FOREST. 31. Quidquid cum dilectione offertur, non potest ejus delectatione non perfrui ipse qui offert. *Serm.* 24 super *Cant.*

32. Non potest gratis suscipi, quod non cum gratia offertur. *Ibid.*, *serm.* 32.

GLOSS. ORD. 33. Deo tempus, et tuas actiones offer, et ab ipso auxilium expecta. Super *Psal.* xxxviii.

34. Quidquid in unitate fidei Deo offertur, apud eum recipitur: quidquid vero extra, impietati deputatur. Super *Ecclesiastic.*, cap. 50.

GLOSSAINT. 35. Oblatio impiorum abominabile est Domino, quae offertur ex scelere. Super *Matth.*, cap. xxvii.

36. Oblatio haereticorum, cibus est daemonum. Super *Ezech.*, cap. xxxix.

S. GREGOR. 37. Tunc est apud Deum oblatio vera rectitu-

dis, cum de radice justitiae procedunt rami pietatis. Lib. 19 *Moral.*, cap. 20, super illud *Job xxxix: Oculus fuit caeco.*

38. Iram judicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis. *Ibid.*, lib. 22, cap. 12, super illud *Job. xxxi: Foris non manavit peregrinus.*

39. Recte offertur, cum recta intentione quid agitur. *Prose.*

40. Qui agere dissimulat, etiam recte offerens peccat. *Ibid.*, lib. 3, cap. 10.

41. Latro in cruce, clavi manus ejus, pedesque ligaverant, nihilque in eo a pomis liberum, nisi cor et lingua remanserant, inspirante Deo, totum illi obtulit. *Ibid.*, lib. 18, cap. 23, num. 25.

42. Nihil offertur Deo ditius bona voluntate. *Homil.* 5, super *Evang.*

43. Non Abel offerens ex muneribus, sed ex Abel offerente munera oblata placerunt. Lib. 7, in *Registro*, indict. 2, cap. 126, epist. 126, ad *Recharedum regem visigot.*

44. Deo victimas offeri, qui de virtute quam habet inaniter non extollitur sed omne quod proficit, gratias tribuit Conditoris. Lib. 4, in *1 Reg.*, cap. v, super illud: *Ego quidem descendam ad te.*

45. Nihil adeo parvum est, si Deo fuerit oblatum, licet sit minimum, licet parvo pretio dignum, cui penitus aditus denegatur, aut non suscipiat misericors ille, qui cuncta justa novit expendere statera. *Prose.*

MAGNUS.

46. Hoc pulcherrimum est, et piissimum, quod Deus nequaquam ex dignitate dantis, sed virtute et qualitate fructificantis mensurat donum. *Orat.* 5, de *Sua excessu.*

47. Deo dare, accipere est: quantumcumque enim attuleris, semper plus est reliquum, et nihil dabis proprium, quoniam omnia sunt a Deo. *Prose.*

48. Da aliquod Deo, quo te gratum ostendas, acinter illos recensearis, qui benefacere possunt, et non eos qui beneficio indigeant. *Orat.* 17, de *Pauperi.*

49. Deus alacritatem ipsam pro magna acceptat commendatione. *Orat.* 3, de *Sancio lavacro.*

50. Virtute nullum gratius donum Deo: Quidvis licet des, nil tamen dignum feres, Hoc offer ergo, quod tunc pauper dare. Meretricis horret purus ille praemium.

In *Tebr.* hab. apud *D. Joan. Damasc.*, lib. 1 *Parall.*, cap. 32.

51. Quidquid supra justitiam offertur Deo, non debet impedire justitiam, sed adjuvare. *Epist.* 14, ad *Celantiam.*

52. Seipsum offerre Deo, propria christianorum est, et apostolorum. *Epist.* 28, ad *Lucinum.*

S. GREG. NAZ.

S. HIERON.

53. Certe Christus pro animi voluntate, omnia in acceptum referit. Epist. 35, ad *Evangelium*.
54. Majoris gratia est, offerre quod non debeas, quam reddere quod exigaris. Lib. 1, ad *versus Joannem*.
55. Grandis fidei est, grandisque virtutis, Dei templum esse purissimum, totum se holocaustum offerre Domino. *Ibid.*
56. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit. Epist. 1, ad *Paulin.*
57. Amice, videto cui des, et videto cui te des. Epist. 51, ad *Rufin. ne duat irorem.*
- HUGO A S. VICTORE. 58. Offeramus animas nostras in futuro per castitatem, in columba per simplicitatem, in passore per contemplationem. Serm. 37, de *Divers.*
- HUGO CARD. 59. Deus non quantum, sed ex quanto considerat. Super *Genes.*, cap. iv.
60. Si recte offeras, et recte non divides, peccasti: recte autem offeritur, cum recta intentione quid agitur; sed non recte dividitur, si non hoc quod pie agitur, etiam subtiliter discernatur. Super *Levit.*, cap. ii.
61. Multis se onerat, qui de oblationibus vivens, offerentibus se obligat. Super *Num.*, cap. xviii.
62. Multi multa offerunt vanae gloriae quae Deo videntur offerre. Super *Psal.* lxxvii.
63. Quidquid offert justus, totum est placatio Deo: sive cogitationes devota, sive desideria sancta, sive opera bona. Super *Prov.*, cap. xv.
64. Oblatio peccatoris, abominatio est; quia foetida, et immunda, et maligna: foetida Deo, immunda sibi, maligna proximo. *Ibid.*
65. Nostram Deum reputat dationem, quando ex amore est, non ex timore. Super *Prov.*, cap. iii.
66. Unusquisque prius se debet offerre Deo, quam sua: nec placet Deo, si sua offert, et se Deo subtrahat. Super *Math.*, cap. v.
67. Oblatio tantum pro duobus fit, aut in signum oblationis cordium, aut in necessitatem sustentationis ministrorum. Super *Apoc.*, cap. xxi.
- S. JOANNES CRYSTOST. 68. Eum qui Deo offert, et offert ex his quae Dei sunt, oportet quantum sibi conceditur, pretiosissima offerre. Homil. 8, super *Genes.*
69. Oportet offerentem Deo in discernendo magnam adhibere diligentiam: et quantum differunt, qui offert et qui accipit, tanta et in discretionis faciendae diversitas. *Ibid.*
70. Si hominibus, quos veneramus, prima et praecipua damus, illaque offerre maxime volumus, quae pro omnibus illis digna videntur sic hominem offerentem Deo, oportet illi pretiosiora et magis eximia offerre. *Ibid.*, homil. 26.
71. Vere nihil est dignius quod offeramus Deo,

quam oratio fidelis. Homil. 24, super *Math.* Oper. imperf.

72. Melius est nihil omnino offerre, quam deteriora offerendo Deum provocare. Homil. 72, super *Joan.*

73. Non quid offeras Deus aspicit, sed dantis voluntatem; hoc enim sibi curae est. *Ibid.*, homil. 73.

74. Nihil mali respiciat oculus, et factus est hostia: nihil turpe loquatur lingua, et facta est oblatio: nihil iniqui committat manus, et facta est holocaustoma. Serm. 20, super *Epist. ad Rom.*

75. Quod semel Deo est consecratum, in humanos usus non est amplius revocandum. Lib. 4, homil. 4, ad *Monachos.*

76. Si munus Deo vere offerre cupis, muneris sequestrem ne aspernare. Lib. 4, epist. 249, ad *Silon.*

77. Nulli liceat ignorare, quia omne quod Domino consecratur; sive fuerit homo, sive animal, sive ager, vel quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino, et ad jus pertinet sacerdotum. Lib. 4, epist. 18, ad *Alexand. Papam.*

78. Spontanea oblatio laetificet offerentem: coacta, tabescentem obnubilat voluntatem. Lib. 8, epist. 14, ad *Sorores.*

79. Quod in terra Deo datur, in caelo recipitur: et inde sperandum est premium, quo praecessit munus oblatum. Opusc. 9, cap. 6.

80. Liqueat micam thuris oblatam ab homine pio, Deo gratiore esse multis hostiis, si offerenti non adsit probitas. Lib. 2, de *Victimis.*

81. Perspicuum est Deum non delectari vicinarum multitudinem, sed offerentis bona mente atque puritate spiritus. *Ibid.*

82. Certissime colligitur non victimam, sed mentem offerentis et alacritatem probam, confirmatam virtutibus. *Ibid.*

83. Quod dulce cordi est, quod unicum, Deo libenter offerendum creditur. In praefat. *Psychomachie.*

84. Non satis Deo clarus est, imo Deo indignus est, qui rem suam illi quidem offert, seipsum autem sibi retinet. Lib. 2, super *Levit.*, cap. 46.

85. Offerat quisque cum compunctione, cum lacrymis; offerat cum dolore, eum luctu. *Prose.*

86. Aliter quippe oblata non prosunt, quia non pretio, sed affectu placent: nec enim animus dantis datus, sed animo commendatur. Lib. 4, ad *Eccles. catholice.*

87. Totum oblaturus quod habet, non offerat quod habet, si non putat se debere totum quod habet: non offerat totum pro debito, si debere se totum non putat pro reatu. *Ibid.*

THEODORUS.

THOMAS A KEMPIS.

JOAN. TRIT.

S. ISIDORA PELUSIOTA.

S. PETRUS DAMIAN.

S. THOMAS A VILLA-NOV.

S. VALER. EPISC.

DEB. IV. PAP.

PHILO JUD.

PLATO.

PLINUS II.

SENECA.

PRUDENT.

ROBERTUS ABBAS.

SALVIANUS.

S. AUGUST.

S. BONAV.

88. Unusquisque nostrum totum pro se offerat quod habet, quia non potest offerre quod debet. *Ibid.*, lib. 2.

89. Nihil durum aut austerum christianis videri debet, quia quantalibet pro sempiterna beatitudine Christo offerant, vile est quod datur, ubi tam grande est quod accipitur. *Ibid.*, lib. 4.

90. Quae non cum sincero affectu offeruntur, iudex justus non suscipit. Super *Oseam.*

91. Non est oblatio dignior, quam seipsum pure et integre cum oblatione corporis Christi in Missa, et in communionem Deo offerre. Lib. 4, de *Imit. Christi*, cap. 7.

92. Quidquid praeter teipsum das, nihil curat Deus: quia non quaerit datum tuum, sed te. *Prose.*

93. Sicut non sufficeret tibi, omnibus habitis praeter Deum; ita nec illi placere poterit, quidquid dederis te non oblato.

94. Offer te illi, et da te totum Deo, et erit accepta oblatio. *Ibid.*, cap. 8.

95. Non aspicit quantum, sed ex quanto. Serm. *Dom. Septuag.*

96. Quamvis parva, ex voto offerentis magna fiunt munera. Homil. 3, de *arcta vita.*

97. Omnis oblatus muneris gratia perit, ubi causa repetitionis incumbit. *Ibid.*, Homil. 4, de *Promissis.*

98. Illas oblationes dignas Deus reputat et acceptat, quae fiunt de substantia illa bona, cujus non est peccatum in conscientia. Super *Psal.* i, vers. 20.

SENTENTIA PAGANORUM.

99. Grave indignumque esset, si Deus ad nostra dona atque sacrificia respiceret, non vero ad animum, si quis pius et justus nimirum sit. Sisygia 2, in *Dialog. 2, Alcibiadis.*

100. Videtur dignum templo, dignum Deo donum. Lib. 3, epist. 6, ad *Severum.*

101. In victimis, licet optime sint, auroque praefulgeant, non est honos, sed pia ac recta voluntas. Lib. 4, de *Benef.*, cap. 6.

102. Non aspicias quam plenas quisque manus Deo, sed quam puras admoveat. In suis *Proverb. in sine posit.*

Vide etiam tit. *Decima*, sent. 40; *Immunditia*, sent. 20; *Martyrium*, sent. 10; *Munus*, sent. 46; *Pecunia*, sent. 28; *Voluntas propria*, sent. 78, 80, 83, 87; *Volunt.*, sent. 31.

OBLIVIO.

Definitio. Nihil est oblitio, nisi privato memoria. Lib. 10, *Conf.*, cap. 46.

Oblivio est memoriae lubricatio. Exposit. 2, super *Psal.* cxviii, vers. 11, cap. 9, art. 2.

Oblivio nihil est aliud, quam memoriae iactura. Lib. 2, de *Fide orthodox.*, cap. 20.

Oblivio est scientiae exitus. Sisygia 5, de *Convivio. Productio.* Oblivio omnis impunitatis altrix et mater est. Homil. 6, de *Festis Paschal.*

SENTENTIA PATRUM.

1. Tria sunt, quae faciunt hominem oblivisci sui, Dei, proximi, scilicet: prosperitas mundialis, curiositas criminalis, voluptas carnalis. Part. 1, tit. 2, cap. 9, § 2.

2. Melior est animus cum obliviscitur sui, pro charitate incommutabilis Dei. Lib. 3, de *Lib. arbitri.*, cap. 25.

3. Obliviscere quod es, et attende quod futurus es. De *Verbis Dom.*, serm. 25.

4. Dedit Deus viam fidei in oblivionis caecitate. Lib. 3, de *Lib. arb.*, cap. 20.

5. Oblivione plures simul numeri, quamvis paulatim abstergantur. Lib. 6 de *Mistica*, cap. 4.

6. Cum labore meminimus, sine labore obliviscimur. Lib. 22, de *Civitate Dei*, cap. 22.

7. Quantos videmus quasi oblitus suis, et peccatorum suorum, Dei quoque, et beneficiorum ejus immemores, sic non redimere, sed amittere tempus, ut de moribus et affectionibus suis vix ultima apud ipsos mentio fiat. Serm. *contra Vitium ingratitude.*

8. Bona oblitio, si teipsum nescias, ut proximo prois. Epist. 42, ad *Henric. Senonens. archiep.*

9. Omnium recordaris, et teipsum oblivisceris? Serm. *de Miseria humana.*

10. Percutitur hac animadversione peccator, ut moriens obliviscatur sui, qui dum viveret oblitus est Dei. Lib. 3, *Pharetra*, cap. 28. *Arctat. Epist. S. Casarius*, homil. 13.

11. Oblivio non natura nobis venit sed ab originali peccati infirmitate descendit. Super *Psal.* cxviii, vers. *Non oblivisceris sermones tuos.*

12. Proxima est oblivioni protracta longinquitas. Super *Psal.* cxxxviii.

13. Cum Dei oblivisceris, tum demum cogitas perversa, et iniqua perficia. *Cateches. 2.*

14. Videte ne Dominum oblivioni tradatis; quia omnes illi, qui eum oblivioni tradunt, ab eo oblivioni traduntur. In suis *Opusc.* epist. 15, ad *Populorum rectores.*

15. Non quod obliviscatur misereri Deus, sed eum differt auxiliari, videtur oblitus, ut sic ascendat desiderium, et dulcius sit solatium. Super *Thren.*, cap. v, in illud: *Oblivisceris nostri.*

16. Cor quid de se intrinseus agatur, obliviscitur, dum extrinseus occupatur. Lib. 25, *Moral.*, cap. 7, num. 8.

17. Sicut mors interimit vitam, ita oblitio ex-

S. JOAN. DAM.

PLATO.

S. CYRILL. ALEX.

S. ANTONIN. DAM.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

S. BONAV. S. CASARIUS ARELAT.

CASSIODOR.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

FRANCISCUS ASSISIENS.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAGNUS.

tinguit memoriam, *Ibid.*, lib. 4, cap. 10, super illud *Job. iii: Obscurem cum tenebris.*

18. Sicut mors hoc quod interfecit, agit ut non sit in vita: ita et oblitio; hoc quod intercipit, agit ut non sit in memoria. *Ibid.*, cap. 17, super illud *Job. i: Et umbra mortis.*

19. Quia per mortem funditus oblivioni traditur, quidquid vivendo cogitatur, quasi quaedam umbra mortis oblitio est. *Prosecc.*

20. Sicut agit mors interveniens non esse quod fuit in vita: ita interveniens agit oblitio, non esse quod fuit in memoria. *Ibid.*, lib. 25, cap. 4, num. 4.

RESYCHIUS.

21. Oblivio delere solet mentis custodiam, sicut aqua extinguit ignem. *Centur.* 2, sent. 1.

S. HIERON.

22. Qui semper præteritorum oblitiscitur, et futura desiderat, ostendit se presentibus non esse contentum. *Epist.* 23, ad *Ctesiphont.*

HUGO CARD.

23. Oblivio non cadit in Deum, sed quemadmodum oblitisci dicitur, quando non juvat: ita dicitur recordari, quando juvat. Super *Genes.*, cap. viii.

24. Duo oblivioni danda sunt: bona præterita, ne eorum fiat recordatio ad gloriam; et mala præterita, ne eorum fiat recordatio ad delectationem. *Ibid.*, cap. xii.

25. Mens oblitiosa est quasi sacculus pernisus, in quem quidquid mittitur, perditur. Super *Prov.*, cap. iii.

S. JOANNES CHRYSOST.

26. Oblivio Dei malitiosa est, et omnia parit vitia. Super *Ezech.*, cap. xxxii.

27. Nunquam potest aliquis oblitisci quod diligit, nec retinere quod odit, *Homil.* 32, super *Math.* Oper. imperf.

S. JOAN. DAM.

28. Oblivio nihil quidquam parit, quod maneat ornamentum, *Serm. Quod nulla resideat vitiorum memoria.*

29. Fieri non potest, ut quispiam a recta via defleat, nisi animus ipsius Dei oblivione prius laborarit. *Lib. 1, Parall.*, cap. 12.

S. LAURENT. JUSTIN.

30. Æquissime percutitur hac animadversione peccator, ut moriens oblitiscatur sui, qui dum viveret oblitus est Dei. *De Contemptu mundi*, cap. 45.

S. PETRUS DAMIAN.

31. Sicut oblitio mandatorum Dei, proculdubio vitium est: sic illata injuria oblitio, non parva virtus est. *Lib. 6, epist.* 5, ad *Monac. Clavnic.*

PHILO. IUD.

32. Mors reminiscentiæ est oblitio. *De Migrat. Abrahæ.*

33. Oblivio non est passio voluntaria, sed exterium quoddam accidens.

34. Oblivio morbus est memoriæ. *De Congressu querendæ erudit. Gratian.*

35. Tanta secundarum rerum prosperitate corrumptur, tanta morum insolentium pravitae

vitiamur, ut et Dei penitus oblitiscamur et nostri. *Lib. 6, de Gubern. Dei.*

36. Oblivio parvipensionis est evidens signum, ea enim, quæ magna estimamus, magis memoriæ infirmus. 1, 2. *Quest.* 47, art. 2, ad 3.

S. THOMAS AQUINAS.

MINUS PRA.

37. Etiam oblitivici quod scis, interdum expedit. In suis *Sent.*, sent., 108.

Vide etiam tit. *Civitas*, sent. 38; *Injuria*, sent. 14; *Misericordia Dei*, sent. 70.

OBSTINATIO.

Definitio. Pertinacia est voluntas fugiens minorationem prohibitis, dicta vel facta sua irrevocabili defensus. *Part. 1, Centiloquii*, sect. 18.

Obstinatio est indurate in malitia mentis pertinacia. Super *Ecclesiastic.*, cap. iii, *Petrus Lombardus*, lib. 2, dist. 43.

Divisio. Sunt tres species obstinatorum: prima eorum, qui non penitus obstinati, ex correctione proliunt; secunda eorum, qui ex commotione deteriores fiunt; tertia eorum, qui emendationem promittunt, sed non faciunt. Ex correctione *Manasses* factus est melior; *Nabal* ex commotione deterior; *Pharaon* ex afflictione durior. *Lib. 2, de Claustro anime*, cap. 15.

Obstinatio in duobus consistit: in presumptione, in desperatione. Super *Math.*, cap. iv.

SENTENTIA PATRUM.

1. Qui obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in Spiritum sanctum. In *Enchirid.*, cap. 83.

2. Obduratè vivit, sive qui non convertitur, desperans de indulgentia peccatorum suorum, sive qui sic misericordiam Dei sperat, ut usque in vitæ presentis in suorum criminum perversitate permaneat. *Prosecc.*

3. Sicut enim misericordia suscipit absolutique conversos, ita justitia repellit punietque obduratos. *De Fide ad Petrum*, cap. 3.

4. Ut est optimi propositi, laudandique consilii facile ad veriora traduci: ita improbi obstinatio judicii est, nullo citius ad tramitem rationis infecti. *Lib. 2, de Anima et ejus orig.*, cap. 16.

5. Si deprehense falsitatis penitus non renuntietur, et cognite non adhaereat veritati, obstinatio diabolica est. *Serm.* 1, *Advent.*

6. Rogo et obsecro vos, fratres, fugite obstinationem. *Serm.* 1, *de Septem panibus.*

7. Quam difficile est accedere ad cor ejus, quod lapideæ quaedam obstinatio clausit! *Serm.* 2, *Paschæ.*

8. Obstinati ita sequuntur errorem suum, ut nullis velint consiliis acquiescere. *Ibid.*, serm. 3.

9. Nequissima plane et pernitiosissima peccata

S. BONAV.

HUGO CARD. & PETRUS LOMBARD.

HUGO A. S. VICTORE.

S. BONAV.

CASSIODOR.

HUGO CARD.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. AUGUST.

HUGO A. S. VICTORE.

HUGO A. S. VICTORE.

S. BERNARD.

est obstinatio, quoniam universos turbat, et fit omnibus discordie fomes, et materia scandalorum. *Serm.* 4, *de Septem panibus.*

10. Obstinatio non permittit nos ad alterius cor ingredi. *Serm.* 5, *Assumpt.* B. M.

11. Crudelis obstinatio viam misericordiae intercludit. *Serm.* 11, super *Qui habitat.*

12. Obstinatio est summa quaedam religionis subversio, et vere venenum insanabile. *Ibid.*, serm. 13.

13. Quæ est obstinationis cauda? finis intentionis humanæ: dum hinc quidem proprie quisque inhaeret voluntati, inde finem aliquem meditatur, et fugit animo quod desiderat adipisci. *Ibid.*

14. Nulla gravior phrænesis judicatur, quam impotentia cordis, et peccandi obstinata voluntas: siquidem manus nefarias injicit sibiipsum, nec carnem, sed mentem lacerat et corrodit. *Serm.* de *Comers. ad clericos*, cap. 4.

15. Sigillum diaboli obstinatio est. *Serm.* 8, *Pent.*

16. Obstinatum hominum ira irrevocabilis est; qui nec docentium predicationes audiant, procurant sibi voluntariam surditatem. Super *Psal.* lvii, vers. 4.

17. Multi peccatorum in sua obstinatione mansuri sunt. Super *Psal.* lxxiv, vers. 8.

18. Obstinari nonnunquam deteriores existunt ex verbere, quia aut conlamunt pertinacia duriores sunt, aut, quod pejor est, in blasphemiam etiam exasperationem prosiliunt. *Lib.* 26 *Moral.*, cap. 22, num. 28.

19. Divino judicio cum obstinatis agitur, ut qui noluerunt mala vitare cum possent, non possint vitare cum volunt. *Prosecc.*

20. Saepè enim ad Dominum cum precibus veniunt, liberari a peccatis petunt, sed exaudiri non possunt, quia cum possent, noluerunt. *Lib.* 4, in *I Reg.*, cap. ii, super illud: *Greges quoque vestros addecimabit.*

21. Durus ille, qui dum superbo corde corporalia agit, ejus mentem gratia sancti Spiritus non emollit. *Ibid.*, cap. 3.

22. Obstinatos corrumpere, insipientia est. *De Inst. novit.*, cap. 14.

23. Obstinationi tribus modis mederi oportet: emplastro, unguento, ferro: exemplo bonis operis, verbo commotionis, disciplina correctionis. *Lib.* 2, *de Claustro anim.*, cap. 13.

24. Inter abusiones hujus sæculi, sola major est senis obstinatio. *Ibid.*, cap. 15.

25. Obstinatio carnalibus delectatur, loquacitate gaudet, importuna et gravis est omnibus, more peccorum pronam ad vitia, iracundiam tumens,

ad injurias manifesta, ad omnia mobilia, luce veritatis carens, seipsam palpans. *Ibid.*

26. Pertinacia est, ex irrationabili, et inflexibili mentis obstinatione, meliori nolle cedere. *De Fructu carnis et spiritus*, cap. 4.

27. Ex duritia infidelitas nascitur. *Hom.* 6, super *Epist.* ad *Hebr.*

28. Sicut solida corpora et dura non obsequuntur manibus medicorum: sic et animæ obdurate non obsequuntur verbo Dei. *Ibid.*

29. Pessimum malum senis, est obstinatio. Super prolog. *Regul. S. Bened.*, cap. 2, text. 4.

30. Suis homo demeritis induratur, et dum quod in se est, facere negligit, quod Deus facit, gratiam largiendo, nequaquam sentit. *Epist.* 8, ad *Monach. laps.*

31. Contumacia redargui non potest, nisi exemplo. *Lib.* 4, *de Div. inst.*, cap. 24.

32. O odiosa durities! quæ se homo non sentit, nec alium: nec pietate fluctat, nec precibus movetur, exemplis non inducitur, minis non terretur, beneficiis duratur, flagellis non eruditur, frontosus ad turpia, pronus ad illicita, subdi nescius. *Part.* 1, *de Grad. charit.*, cap. 4.

33. Obduratos horrenda tormenta excipiunt: nam sine magnis laboribus molle fieri nequeunt. *Hecatontad.* 2, sent. 67.

SENTENTIA PAGANORUM.

34. Ferox et adversus omnino remedium contumax est. *De Consolat. ad Helviam*, cap. 16.

Vide etiam tit. *Accedere ad Deum*, sent. 18; *Damnatio*, sent. 9; *Defensio*, sent. 14; *Discere*, sent. 24; *Peccatum in genere*, sent. 330; *Præsumptio*, sent. 16; *Voluntas in genere*, sent. 95.

OBVIATIO.

SENTENTIA PATRUM.

1. Fortis est viri non dissimulare, cum aliquid immineat, sed præterdere, et tanquam explorare de specula quadam mentis, et obviare cogitatione provida rebus futuris. *Lib.* 1, *Offic.*, cap. 38.

2. Heresibus pullulantibus est celeriter obviandum. *Epist.* 91.

3. Cum possis obviare perveris, sis declinas obviare, consensus erroris est. Super *Psal.* lxxxii.

4. Primis quisque titillationibus obviare debet. *De Jejunio et tent. Christi*, cap. 6.

5. Præoccupandus est aditus, cunctis insidias, ne hostilitas prior obrepens occurrat improvidis. *Prosecc.*

6. Salutare remedium est in insidiis prævenire potius, quam præveniri. Anticipare potius, quam anticipari, viribus fortibus congruit. *De Singulavit. clericor.*, cap. 23.

7. Quicumque sunt sanctitalis amatores, de-

S. JOANNES CHRYSOST.

JOAN. TRI.

LACT. FIRM.

RICHARD. A. S. VICTORE.

THALLAS-SIUS.

SENECA.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

S. CYRILL.

- ALEX. bent diaboli fraudibus perquam impigre obviam ire, totaque se illi contentione virum opponere. *Hom. 12, de Festis Paschal.*
8. Oportet nos generose admodum voluptatibus, que ad pravitatem impellunt, obviare. *Ibid.*, hom. 18.
- S. CYRILLUS HIEROSOL. 9. Priusquam floreat, radicibus erue malum, ne si ab initio neglexeris, postea ne quidquam incidas, et ignem magis excites. *Prosecc.*
10. Lippitudinem inceptantem tempestive, cura, ne cum excecatus fueris, tum demum frustra medicum queras. *Catech.* 2.
- S. DAMASUS PAPA. 11. Qui potest obviare et perturbare perversos, et non facit, nihil est aliud quam favere impietati eorum. Hab. in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 23, quest. 3, can. *Qui*.
- S. FRANCIS ASSISIENSIS. 12. Instant religioni discrimina: nisi detractoribus obviatur. In suis *Opus.*, apophthegm. 17.
- GLOSS. INT. 13. Qui desinit obviare, cum potest, consentit. *Super Psalm.* LXXI.
- S. GREGOR. MAGNUS. 14. Sicut nemo obsistit largitati Dei vocantis, ita nullus obviat justitie relinquens. *Lib. 11 Moral.*, cap. 5.
15. Si parve rei aditus, antequam diu pateat, non elauditur, usu fit latior, et erit consuetudine licitum, quod ratione constat esse prohibitum. *Lib. 7 in Registro*, ind. 2, cap. 119, epist. 119, ad *Syagrium episc.* Augustod.
- S. GREGOR. TAUMAT. 16. Perspicuum est hominem, iis, que supra se sunt, reluctari atque obistere non posse. *Super Eccles.*, cap. vi.
- HUGOCARD. 17. Qui sapientie obviat in vita, ipsa obviabit ei in morte, suscipiendo in gloria. *Super Ecclesiastic.*, cap. xv.
- S. INNOC. III. 18. Negligere, cum possis obviare, nihil est aliud quam fovere perversos. *Prosecc.*
19. Non caret scrupulo consensionis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare. Hab. in *Decret. Gratiani*, dist. 83, can. *Error*.
- S. LEO I. 20. Quidquid sublimibus desideris, obviat, amputandum est. *Serm. 7, Quadrag.*
- PETR. BLES. 21. Non caret scrupulo societatis perversa, qui manifesto facinori desinit obviare. *Serm. 45 ad Sacerdotes*.
- S. PETRUS MAURITIUS ABB. CLUN. THOMAS A KEMPIS. 22. Non tutum est valido obviare torrenti. *Lib. 3, epist. 6 ad Pontium*.
23. Tunc facilis hostis vincitur, si extra limen, statim ut pulsaverit, illi obviatur. *Lib. 1 de Imit. Chr.*, cap. 13, sect. 5.
24. Qui parvos non vitat defectus, paulatim labitur ad majores. *Ibid.*, cap. 25.
- S. VALER. 25. Suum corpus textit, qui armato hosti precibus obviavit. *Hom.* 13.

SENTENTIE PAGANORUM.

26. Occurrendum augecentibus vitis, et mendum est. *Lib. 9, epist. 37 ad Paulin.*

OCCASIO.

Etymologia. Occasio dicitur, quasi occurrens actio.

Definitio. Occasio est occurrens opportunitas temporis casu proveniens.

Occasio est pars temporis habens in se aliquid rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. *Lib. 1, de Invent. rhet.*

Occasio est temporis vigor ad id quod conducit. *Silygia 6, de Definit.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Qui occasionem damni dat, damnum quoque dedisse videtur. *Part. 2, tit. 1, cap. 9.*
2. Si qui occasionem prestat mortis corporalis, reus tenetur, et incurrit penam inferni: quanto magis, qui est occasio mortis anime alterius. *Part. 2, tit. 4, cap. 5, § 1.*
3. Occasiones malorum, sunt vana que inguntur sensibus nostris. *Part. 3, tit. 16, cap. 10, § 1.*
4. Turpe est presentis temporis occasionem dimittere: et postea aliquando quod preteritum est revocare. *Conc. 25, ad Adolescentes.*
5. Occasiones desse non possunt perituris. In suis *Pror.*, verbo *Occasiones*.
6. Subtrahenda nobis occasio est, et opportunitas fugienda peccati. *Serm. de Septem donis Spiritus sancti.*
7. Qui opportunitatem deserit, opportunitas eum fugit. In *Speculo discipl.*, part. 1, cap. 12.
8. Ad vitium vix occasio deerit, si qualibet admittatur. *Ibid.*, cap. 22.
9. Qui vitium cavere desiderat, vitii occasio preaveat. *Ibid.*, cap. 32.
10. Gravissimum apparet esse peccatum, quando aliquis occasionem preberit, unde alterius conscientia polluitur. *Super Psalm.* LXXII, vers. 22.
11. Ubi major peccandi occasio, ibi diligentior adsit custodia. In *Hymnum temp. feriati ad Primam*.
12. Ne occasionem prebeas quærentibus occasionem. *De Recta vivendi ratione*, cap. 18.
13. Quamdiu quis occasiones mortis non vitat, impossibile erit a corde ejus perturbationes pravum cogitationum, et incendium improbarum concupiscentiarum recedere. *De Mala conversatione*.
14. Tolle originem cause, et mox occasionem removebis offensam. *Serm. contra Diversa vitia*.
15. Nonnunquam culpa fortium, occasio vir-

- MAGNUS. tutis sit: et virtus infirmorum, occasio peccati. *Lib. 11 Moral.*, cap. 26, num. 26.
16. Cum occasio reprobis perpetrandi peccati deest, desideriorum cogitationes eorum cordibus nullatenus desunt. *Ibid.*, lib. 14, cap. 9, num. 9.
17. Occasio rapiendi subtrahitur, si bene prius jus possidendi disponatur. *Part. 3, Pastor.*, cap. 1, admittit. 22.
- S. HIERON. 18. Arripe occasionem, et fac de necessitate virtutem. In *Regula monachor.*, cap. 30, de *Pœnitent.*
19. Qui malos percussit, eo quod mali sint, et habet causam interfectionis, ut percussit pessimus, minister Dei est. *Lib. 3, super Ezech.*, cap. ix, super illud: *Et unusquisque vas interfectionis*.
20. Aufer occasionem his, qui volunt occasionem. *Super Epist. ad th.* cap. ii, in illud: *In sermone suo*.
- HUGOCARD. 21. Occasiones peccatorum faciunt ruere in peccatum, et peccata faciunt ruere in infernum. *Super Hierem.*, cap. 4.
- S. INNOC. III. 22. Qui occasionem damni dat, et damnum dedisse videtur. *Serm. 1, Dom. 1, Advent.*
- JOANNES CASS. 23. Occasiones commotionum in conversatione humana desse non poterunt. *Lib. 9, Canon. inst.*, cap. 7.
24. Sicut occasionem salutis diversis modis Deum cognoscimus operari: ita nostrum est occasionibus a divinitate concessis, vel entibus vel remissis famulari. *Collat. 3, Adbat. Paphnutii.*, cap. 12.
- S. JOANNES CHRYSOST. 25. Scipso homines occasionibus hujus mundi, ex ipso mundo nascentibus; invicem comedunt et impugnant. *Homil. 39, super Matth. Oper. imper.*
26. Sicut bonus rogat, ne occasionem peccandi incurrat; sic et malus optat, ut inveniat occasionem nocendi. *Ibid.*, homil. 46.
27. Volentibus non abest occasio justa vel injusta: sumunt enim occasionem iniqui, valde insolens et intolerabile existimant, quidquid illud non sonat, quod intus amant. In *Dialog. duorum milit. Franci et Angli*, in addit.
- JOAN. TRIT. 28. Melius est occasionem fugere, quam incaute perire. *Lib. 1 de Tent. relig.*, cap. 10.
29. Difficile est assueta relinquere, et a pristinis vitis, presente occasione, abstinere. *De Inst. vite sacer.*, cap. 2.
30. Culpa nunquam melius vincitur, quam ubi occasio tentationis evitatur. *Orat. 5, in Conventu abbat. habita*.
- S. ISID. HISP. 31. Tolle occasionem peccandi, aufer materiam delinquendi, si vis esse tutus: sempe occasio peccandi, voluptatem facit. *Lib. 2, de Synonym.*, cap. 4.
- PETR. BLES. 32. Qui opportunitatem deserit, opportunitas eum fugit. *Epist. 11, ad Quemdam cleric.*

33. Ubi vulgus in compositum occasionem peccandi accepit, non facile desistit, novis erroris priora cumulus. *Lib. in Fluxum*.
34. Quanta virtutis quisque fuerit, melius patet occasione advertitatis: occasiones namque hominem fragilem non faciunt, sed qualis sit, ostendunt. *Lib. 1 de Imit. Chr.*, cap. 16.
- SENTENTIE PAGANORUM.
35. Deo occasio quidem est, tempus autem oportunitatum non est: eo quod nihil sit Deo confitens. *Lib. 1 Prior.*, cap. 37.
36. Rem tibi quam nosces optam, dimittere noli: Fronte capillata est, sed post occasio calva. *Lib. 2 Distichor.*, metr. 58.
37. Quamprimum rapiendatibi est occasio prima: Ne rursus queras, que jam neglexeris ante. *Ibid.*, lib. 4, metr. 91.
38. Non tantum presentis, sed et vigilantis est, occasioem observare properantem. *Epist. 22.*
- Vide etiam tit. *Peccatum*, sent. 315; *Perire*, sent. 50; *Vitium*, sent. 97, 98.

OCCISIO, SEU HOMICIDIUM.

- Etymologia.* Homicidium vocabulum compositum est ex homine, et cædo: qui enim eodem in hominem fecisse compertus erat, homicidam veteres appellabant. *Lib. Etymolog.*, cap. 26, verbo *Homicidium*.
- Homicidium dicitur ab homine et cædo, verbo: unde dicitur homicida, hominem cædens. *Super Epist. ad Rom.*, cap. 1, can. 29.
- Definitio.* Homicidium est hominis occisio illegitime facta. *Part. 2, tit. 8, de Ira*, cap. 8.
- Divisio.* Tria sunt genera homicidii, que pari pena plectuntur: interfectio fratrum, detrectio et odium. *De Similitudinibus*, cap. 147.
- Homicidiorum tria sunt genera, et pena eorum paralis est: qui occidit fratrem suum, et qui odit, et qui detrahit. *Epist. 4.*
- SENTENTIE PATRUM.
1. Mihi quidem est præstabilius communi videatur usui, sapientem de periculo, quam insipientem evadere; tamen non videtur quod vir christianus, et justus, et sapiens querere sibi vitam aliena morte debeat: utpote qui etiam in latronem armatum incidat: ferientem referre non possit: ne dum salutem defendit, pietatem contamineat. *Lib. 3 Offic.*, cap. 4.
2. Iudices occidendo reos, juridice occidunt mandato Dei, qui lege statuit ut rei occiderentur. *Part. 2, tit. 14, cap. 4, § 9.*
3. Si in justo bello homo occidat, non est homicidium. *Part. 2, tit. 7, de Ira*, cap. 8, § 1.
4. Latronem insidiantem in itineribus secun-

PHILO JUD.
THOMAS A KEMPIS.
ARISTOTEL.
CATO. PORT.
SENECA.
S. ISID. HISP.
S. REMIGIUS
S. ANTONIN.
S. ANSELM.
S. CLEMENS PAPA.
S. AMBROS.
S. ANTONIN.

5. AUGUST.

dum leges cullibet licet occidere. *Ibid.*, cap. 8, § 2.

5. Si homicidium est hominem occidere, potest tamen accidere aliquando sine peccato. *Prosec.*

6. Nam miles hostem, et iudex vel minister ejus nocentem, et cui forte invito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videtur peccare, cum hominem occidat, et homicidæ isti appellari non solent. *Lib. 1 de Lib. arbit.* cap. 4.

7. Non lex justa est, quæ dat potestatem vel viatori ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, occidat? vel cuiuspiam viro, aut femine, ut violenter sibi stupratorem irruentem ante illatum stuprum, si possit, interimat? nam lex in eo populo, quem regit, minoribus malefactis, ne majora committerentur, dedit licentiam. *Prosec.*

8. Multo est enim mitius, eum qui alienæ vitæ insidiatur, quam eum qui suam facit, occidi: et multo est immo vitium invitum hominem stuprum perpeti, quam eum a quo vis illa infertur, ab eo cui inferre conatur, interim.

9. Sed illi homines lege inculcata, quomodo inculpatis queant esse, non video: non enim lex eos cogit occidere, sed relinquere in potestate.

10. Liberum ejus itaque est neminem necare pro his rebus, quas inviti possunt amittere, et ob hoc amare non debent.

11. De vita enim fortasse culpam fit dubium, utrum animæ fiallo pacto auferatur, dum hoc corpus interimitur: sed si auferri potest, contemnenda est: si non potest, nihil metuendum.

12. De pudicitia vero quis dubitaverit, quin ea sit in ipso animo constituta, quandoquidem virtus est? Unde a violento stupratore eripi nec ipsa potest.

13. Quidquid igitur erepturus erat ille qui occiditur, id totum in potestate nostra non est: quare quemadmodum nostrum appellandum sit, non intelligo: quapropter legem quidem non reprehendo quæ tales permittit interfici: sed quo pacto istos defendam, qui interficiunt, non invenio.

14. Quomodo apud divinam providentiam, sunt isti peccato liberi, qui pro his rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt? *Lib. 1 de Lib. arbit.*, cap. 5.

15. Cum homo ab homine occiditur, multum distat utrum fiat nocendi cupiditate, vel injuste aliquid auferendi: sicut fit ab inimico, sicut a latrone: an ulciscendi, vel obediendi ordine, sicut a iudice, sicut a carnifice: an evadendi, vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite. *Epist. 54, ad Macedoniam.*

16. Aliquando, qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quam ille qui occidit. *Ibid.*

17. De occidendis hominibus ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte

sit miles, aut publica functione teneatur. *Epist. 154, ad Publicolanam.*

18. Fas non est ut reus occidatur, cui venia, si ipsum penituerit, reservatur. *Epist. 184, ad Bonifac.*

19. Apud belligeros viros, victus dicitur victor occisus. *Epist. 190.*

20. Cum David Saulis occidendi potestatem accepisset, maluit parcere, quam ferire. *De Spirit. et littera*, cap. 31.

21. Cum minister iudicis occidit eum, quem iudex jussit occidi, profecto si id sponte facit, homicida est; etiamsi eum occidat, quem scit occidi a iudice debuisse. In *Quæst. super Ezod.*, quæst. 39.

22. Si non licet privata potestate hominem occidere, vel nocentem, cujus occidendi licentiam lex nulla concedit; profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est: et tanto fit nocentior, cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putavit. *Prosec.*

23. Nam si Judæ factum merito detestamur, cumque veritas iudicat, eum se laqueo suspendit, sceleratæ illius traditionis auxisse potius, quam expiæ commissum: quoniam Dei misericordiam desperando extabilius penitens, nullum sibi salubris penitentiæ locum reliquit:

Quanto magis a sua necesse se abstinere debet, qui tali supplicio quid in seipsum non habet?

25. Judas enim cum se occidit, sceleratam hominem occidit: et tamen non solum Christi, verum etiam suæ mortis reus finivit hanc vitam: quia licet propter suum scelus, alio scelere occisus est. *Lib. 1 de Civit. Dei.*, cap. 17.

26. Non ipse occidit, qui ministerium debet jubenti, sicut admniculium gladius est utenti. *Ibid.* cap. 21.

27. Samson non aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc jusserat, qui per illum miracula faciebat. *Ibid.*

28. His exceptis, quos vel lex justa generaliter, vel ipse fons justitiæ Deus specialiter occidi jubet, quisquis hominem, vel seipsum occiderit, homicidii crimine innectitur. *Ibid.*

29. Duse sunt maxime viles, atque usitate mortes eorum, qui seipsum interimunt, laqueis et precipitum. *Lib. 2, contra Lull. Postulanas*, cap. 49.

30. Illi acerbis sanguinem fundant, qui Christum, quantum in ipsis est, in homine occidunt. *Tract. 5, super cap. 1, Evang. Joan.*

31. Christiane, quid tu persequeris in Christiano? hoc tu persequeris in christiano, quod melius habet. Hoc enim vis auferre unde vivit; vivit temporaliter secundum spiritum vite, quo corpus

animatur: hoc illi vis tollere quod accepit a Domino, hoc illi vis tollere unde vivit. *Ibid.*

32. Homicida dicitur diabolus: non gladio armatus, non ferro acinctus ad hominem venit; verbum malum seminavit, et occidit. *Prosec.*

33. Noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades: si fratri tuo mala persuades, occidis. *Ibid.*, tract. 42, cap. 8.

34. Nondum manus armata est, nondum faucem obedit, nondum insidias preparavit, nondum venena quesivit, et reus homicidii in oculis Dei, qui fratrem odit, tenetur. *Prosec.*

35. Adhuc vivit, quem querit occidere, et occidisse jam iudicatur. *Homil. 3 ex. LIII Homil.*

36. Qui odit fratrem suum, homicida est. Gladium non eduxisti, non vulnus in carne fecisti, non corpus plaga aliqua trucidasti; cogitatio sola odii in corde tuo est, et teneris homicida, reus es ante oculos Dei. *Ibid.*, homil. 42.

37. O si possemus videre animas homicidarum, sine dubio plus plangeremus quam putrescentia corpora ulceratorum. *Serm. 2 Sabbat., post 3, Dom. Quadrag.*

38. Ipse occidit Christum, qui eum tradidit occidendum. *Serm. 2, Fer. 2, post Dom. Palmæ.*

39. Hæc tria animam capitaliter occidunt, scilicet blasphemus, homicida, castitatis suæ proditor. *Serm. 1 Fer. 3, post Dom. Palmæ.*

40. Periculose decipiuntur, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, et non potius eos, per quorum consilium et fraudem et exhortationem homines extinguuntur. *Hab. in Decret. Gratiani*, part. 2, de Penit. dist. 1, can. *Periculose.*

41. Si quis metuens, ne quid ei mali accidat, hominem occiderit, homicida erit. *Lib. 1 de Lib. arb.*, cap. 4.

42. Qui metuens hominem occidit, cupit utique sine metu vivere. *Ibid.*

43. Tu occidere vis inimicum tuum, et ideo forte non facis, quia times iudicem hominem, non quia cogitas Deum: ignoras quia ille est testis cogitationum? illo vivo quem vis mori, te homicidam tenet in corde. *De Decem chordis*, cap. 3.

44. Quamvis lex det potestatem occidendi hominem pro rebus, quas invito quis amittere potest: tamen lex non cogit occidere, sed relinquere in potestate. *Lib. 1, De Lib. arb.*, cap. 5.

45. Nefas est seipsum occidere. *Epist. 52.*

46. Christus non nisi ab inimicis potuit occidi. *Epist. 59, in solut. quæst. 6.*

47. Non licet alterum occidere, etiam volentem et petentem, et vivere jam non valentem. *Epist. 61.*

48. Innocens invitus virgine cædendus non est, ne alius occidatur. *De Mendac.*, cap. 9.

Tom. III.

49. Miles cum obediens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit, nulla civitatis suæ lege reus est homicidii; imo nisi fecerit, reus est imperii deserti atque contempti. *Lib. 1, De Civit. Dei*, cap. 26.

50. Multi quantalibet savitia crudelitatis occidi, quam Christum negare maluervnt. *Ibid.* lib. 22, cap. 6.

51. Cum multi innocentes ab aliis occiduntur, a seipso nullus innocens occiditur. *Lib. 1 contra Gaudent.*, cap. 43.

52. Plus peccat, qui potestati innocentem occidendum livore tradit, quam potestas ipsa, si cum timore alterius majoris potestatis occidit. *Tract. 148, super Joan.*

53. Omnis qui sine ulla legitime potestatis auctoritate hominem occidit, homicida est. *Epist. 61.*

54. Propterea iudex torquet accusatum non occidat nesciens innocentem. *Lib. 19 de Civit. Dei*, cap. 6.

55. Miles in hoste interficiendo minister est legis. *Lib. 1 de Lib. arb.*, cap. 5.

56. Ipse se interimat, qui præcepta medici observare non vult. *Tract. 12 super Joan.*

57. Non occides. Id maximum malum est, quod proximis potest inferri, ac propterea primo omnium debuit prohiberi. *Serm. 4, super Salvæ Regina.*

58. Fit homicidium multis modis, manu, præcepto, consilio, consensu, neglectu. *Prosec.*

59. Si moriturum aliquo modo vivificare valeas, et negligis, proculdubio ejus mortis reus teneris. *Ibid.*

60. Si in voluntate alterum occidendi, te potius occidi contigerit, moreris homicida. *Prosec.*

61. Si vero voluntate superandi vel vindicandi occidis hominem, visis homicida. *Serm. ad Milites templi*, cap. 1.

62. Si quis nec ulciscendi zelo, nec vincendi type, sed tantum evadendi remedio interficit hominem, ne hanc quidem bonam dixerim victoriam: eum de duobus malis, in corpore quam in anima mori levius et securius sit. *Ibid.*

63. Interficere innocentem est de religioso facere sacrilegum, ejusque animam perpetua morte damnare. *Super Psalm. ix, vers. 30: Uta interficere innocentem.*

64. Non interest quis occidat, si innocentem aliquis occidendum pronuntiet. *Super Psalm. lxxiii, vers. 3.*

65. Madet orbis mutuo sanguine, et homicidium cum admittit singuli, crimen est: virtus tamen vocatur, cum publice geritur: impunitatem sceleribus acquirit, non innocentie ratio, sed savitiae magnitudo. *Epist. 2 ad Donat.*, cap. 4.

S. BERNARD.

CASSIODOR.

S. CYPRIAN.

DIONYSIUS CARTHUS. 66. Dicitur aliquis homicida quatuor modis : primo provocacione, secundo voluntate, tertio procuracione, quarto opere. Super *I Joan.*, cap. III, art. 4.
67. Si malus malum occiderit, non excusat occisi nequitia; sed cum iustitia excusatur, ut si iuste a iusto iudice occidatur. Super *Apocalypsi.*, cap. XVIII, art. 19.
GILBERT. ANGLUS. 68. Martyres Christi occidi possunt, flecti nequeant. Serm. 23 super *Cant.* apud D. Bernard.
GLOSS. DEC. 69. Furem nocturnum, sed non diurnum, nisi telo se defendat, licet occidere. In *Decret. Gratiani.*
GLOSS. ORD. 70. Diabolus non vi, sed callide interficit. Super *Job*, cap. XI.
71. Homicida non solum est, qui ferro sed etiam qui verbo occidit; ut diabolus primos parentes. Super *Joan.*, cap. VIII, in illud : *Ille homicida erat ab initio.*
GLOSS. INT. 72. Omnis homicida est, qui vel ferro percussit, vel odio insequitur. Super *I Joan.*, cap. III, in illud : *Omnis qui odit.*
GLOSS. ORD. 73. In perpetuum cum Cain damnabitur qui hoc genere homicidii tenetur, ut discordet a fratribus. *Ibid.*, cap. III, in illud : *Omnia homicida non habet.*
GLOSS. INT. 74. Si malus malum occidit, occisorem non excusat nequitia occisi. Super *Apocal.*, cap. XVIII.
S. GREGOR. MAGNUS. 75. Aliquando perversus homo homicidium, quod facere vel metuit, vel erubescit, voto et voce peragit, etiam cum a lesione proximi manibus cessat. Lib. 5 *Moral.*, cap. 31.
76. Nulla lege necesse est periri, qui lege nunquam potuit temeri. *Ibid.*, lib. 26, cap. 20, num. 23.
77. Tot occidimus quot ad mortem ire quotidie tepidi et tacentes videmus. Homil. 11 super *Ezech.*
78. Quis sanctior David? qui cum Saulis persecutionibus urgeretur, non solum persequentem occidere non voluit, sed ipsi persecutori, cum ipsum occidere posset, pepercit. In *Septem Psalm. psal.*, super *Psalm.* IV, in prolog.
S. HIERON. 79. Cum homicidium ex odio sepe nascatur, quicumque odit, etiamsi necdum gladio percussit, animo tamen homicida est. Epist. 36 ad *Castorbium.*
80. Non moritur quisquis victurus occiditur. Epist. 49, ad *Innocent.*
81. Voti, tempore persecutionis, christianus erat, pro Christi nomine gladio percussus. Epist. 60, de *Vita Pauli eremita.*
82. Mors omnium, est homicidium pessimum. Epist. 92, ad *Rufin.*
83. Vetus sententia est, homicidam esse eum, qui cum possit hominem de morte liberare, non liberat. Lib. 2 *Dialog. advers. Pelagianos.*

84. Nullus tam crudelis homicida est, quam qui ita erga alterum savit, ut non parcat sibi. Epist. 5, ad *Virginem in crillium missam.*
85. Occidere hominem, non semper criminisum est: sed malitia, non legibus occidere, criminisum est. Epist. 18, ad *Rufin. de Symbolo*, super illud : *Remissionem peccatorum.*
86. Homicidas, et sacrilegos, et venenarios morte punire, non effusio sanguinis, sed legum ministerium. Lib. 4 super *Hierem.*, cap. XXII, super illud : *Et sanguinem innocentes non effundatis.*
87. Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter accipere; unde et in persecutionibus non licet propria perire manu. Super *Jonam*, cap. I, super illud : *Tollite me.*
88. Qui voluntatem habet occidere, etiamsi non percussit, occidit. Super *Psalm.* LXI, vers. 3.
89. Index non est auctor sceleris, homines occidendo. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 23, quest. 5, can. *Judez.*
90. Non est crudelis, qui crudelis jugulat: sed crudelis ideo vocatur, quia crudelis patientibus esse videtur. Non latro suspendendus patibulo, crudeliter iudicium putat. Hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 23, quest. 5, can. *Non est.*
91. Omnis iniquitas, et oppressio, et iniustitia iudicium sanguinis est: et licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit. In *Decretis Gratiani*, part. 2, de *Panis*, dist. 4, can. *Omnis.*
92. Hæc vivorum mors est, vivere cadibus. Super *Psalm.* CXXIII.
93. Homicidium fit multis modis: manu, lingua, consensu: manu fit, cum quis alium actualiter vita privat, vel in locum mortis, ubi vita privetur, precipitat, vel in carcerem, vel alium quemlibet talem locum: lingua fit duobus modis, scilicet precipiendo, vel suggerendo; Judei Christum occiderunt, dum ut occideretur, iudici suggererunt: consensu duobus modis fit, vel dum mortem alterius desideramus et cupimus; vel si dum eum a morte liberare postumus, vitam ejus negligimus, id est, adiutorium non impendimus. Lib. 4, de *Sacram.*, part. 12, cap. 7.
94. In natalitio occisus est Scedochus a Nabuchodonosor, Joannes ab Herode, Judas ab Antiocho, pistor a Pharaone. Super *Gen.*, cap. XI.
95. Occisiones meditari, diabolicæ malitias est. Super *Joan.*, cap. VII.
96. Ne homicidium perpetretur, ira odiumque succidatur: sine quibus homicidii crimen nullo modo valebit admitti. Lib. 8 *Canon. incantat.*, cap. 19.
97. Radix homicidii est invidia, et fructus invidiæ homicidium. Homil. 54 super *Genes.*

S. HILARIUS

HUGO A. S. VICTORE.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

SALVIANUS.

HUGO CARD.

S. SYMMAC.

PAPA.

S. THOMAS AQUINAS.

S. JOANNES CHRYSOST.

98. Innocentem perimere, nefas est: patrem occidere, scelus. Serm. de *Absalom.*
99. Homicidium sæpe adulterii fructus efficitur. Homil. 4 in *Psalm.* L.
100. Latro truculentissimus fuit homicida, sed paradisi civis factus est. Homil. 68 super *Math.* Oper. perf.
101. Ex ira homicidium generatur: tolle iram, et homicidium non erit. Hom. 41 super *Math.* Oper. imperf.
102. Præstat hostis, dum nocet: beneficium tribuit, cum occidit. Homil. 3 ex *Divers.* in *Math.*
103. Si alios occidere fas non est, multo magis nefas est seipsum occidere. *Epist. ad Galat.*, cap. 1.
104. Homo scelestus hac vita desperata, ne ejus quidem rationem habet, purpura decoratus est. Homil. 9 super *I Thess.*
105. Qui sanguinem fundit humanum, occidit: qui diffamat innocentem, occidit: qui scandalizat malo exemplo videntem seu audientem, occidit. In cap. 4 *Regul. S. Bened.*, verbo *Omnis.*
LACT. FIRM. 106. Pro bellis immanibus sunt habendi, qui contra jus humanitatis, et fas omne occidunt. Lib. 6 de *Divina inst.*, cap. 10.
107. Quid immanius homicidio? quid similis feris bellis existimandum est? *Ibid.*, cap. 19.
108. Hoc in sæculo necantur homines vi ferro, insidiis, venenis. *Ibid.*, lib. 7, cap. 22.
109. Homicidium pecunia diaboli est, ille enim ab initio homicida est: fecisti homicidium, diaboli pecuniam suscepisti. Homil. 6 in cap. XV *Genes.*
110. Christus dum occiditur, illud quod omnes occidebat, occidit. Serm. 82.
111. Homicidii censendi sunt, non solum qui interficiunt, sed et qui conantur clamque palancque, ut interficiant, etiamsi non perpetrarint facinus. Lib. 2 de *Specialib. legibus.*
112. Non qui gladio tantum, verum etiam qui odio seviunt, homicidæ sunt. De *Promiss.*, part. 4, cap. 36.
113. Homicidium non sola tantummodo occidentis manu, sed etiam odientis animo perpetratur. Lib. 3 de *Gubern. Dei.*
114. Homicidia in servis rara sunt, terrore ac metu mortis: in divitibus autem assidua, spe ac fiducia impunitatis. *Ibid.*, lib. 4.
115. Non sunt longe ab occidentibus, qui animo occisiones oderunt. *Ibid.*, lib. 8.
116. Mortem languentibus probatur infligere, qui hæc cum possit, non excludit. Hab. apud *Gratian.* in *Decretis*, part. 1, dist. 83, can. *Providendum.*
117. Si aliquis homo sit periculosus communitati, et corruptivus ipsius propter aliquod peccatum, laudabiliter et salubriter occiditur, ut bonum commune conservetur. 2, 2, quest. 64, art. 2.
118. Ille qui occidit justum, gravis peccat, quam ille qui occidit peccatorem. *Ibid.*, art. 6.
119. Non licet quemquam se defendendo occidere, nisi quis se defendere intendat cum moderamine inculpato tutelæ. *Ibid.*, art. 7.
120. Nemo illum homicidii crimen evasisse aestimat, quem excusatum secularis iudicii corrupti sententia absolvit. Homil. 1 de *Bono disciplina.*
SENTENTIA PAGANORUM.
121. Lex non jubet seipsum quempiam occidere: quæ vero non jubet, vetat. Lib. 5 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 11.
122. Mortem sibi consciscere ob fugiendam paupertatem, aut amorem, aut molestem aliquid, non fortis est hominis, sed potius timidus. Lib. 3 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 7.
123. Intueri lucem non fas est ei, qui a se hominem occisum esse fateatur. Orat. 38, pro *Milone*, num. 7.
124. Me Anitus et Melitus occidere sane possunt, ledere vero non possunt. In suo *Enchirid.*, cap. 79.
125. Bis interimitur, qui suis armis perit. In suis *Sent.*, sent. 56.
126. Homicida sui, insepultus abijciatur. Lib. 8 *Declamat.*, contror. 4.
127. Optimum misericordie genus est, civitatis curandæ causa occidere. Lib. 1 de *Ira*, cap. 16.
128. Mors per omnes ita, qui occidit, sequitur occisum. Epist. 92.
129. Misericordie genus est, cito eum occidere, qui occidendum est: qui tormentum ultimum, finem sui secum affert, et quod antecedit tempus, maxima venturi supplicii pars est. Lib. 2 de *Benefic.*, cap. 5.
130. Crimen relinquit vite, qui mortem appetit. In suis *Proverb.* in fine positus.
131. Mortis quidem ipse tibi causa non fias: si quis autem vult te corpore exuere, ne indigneris. Sent. 312.
132. Sapientem si quis de corpore extrudat injusto, in iniquitate sua beneficium ei præstat, absolvitur enim tanquam evinculis. *Ibid.*, sent. 313. Vido etiam tit. *Crimen*, sent. 29; *Discordia*, sent. 14; *Economico*, sent. 9; *Fraternitas*, sent. 10; *Fuga*, sent. 28; *Heresis*, sent. 51; *Ira*, sent. 162; *Julus*, sent. 36; *Laqueus*, sent. 10; *Martyrium*, sent. 74, 77; *Militia*, sent. 12; *Odium in genere*, sent. 29.

S. VALER. EPISC.

ARISTOTEL.

CICERO.

EMPIETUS.

MINUS PUB.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

HUGO CARD.

OCCUPATIO.

Definitio. Occupatio est distractio, et illaqueatio mentis, quæ avertit, et dissipat, et illaqueat eam,